This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Dionysii Halicarnassei de structura orationis liber

Dionysius Halicarnasseus

Mass. 424
m

UNIVERSITEITSBIBLIOTHEEK GENT



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



B. Lens delin: I. Stuart sculp:

Digitized by Google

ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ
ΑΛΙΚΑΡΝΑΣΣΕΩΣ
ΠΕΡΙ
ΣΥΝΘΕΣΕΩΣ ΟΝΟΜΑΤΩΝ.

DIONYSII
HALICARNASSEI
DE
STRUCTURA ORATIONIS
LIBER.

Ex Recenſione *JACOBI UPTONI*, A. M.
Collegii Regalis apud Cantab. nuper Socii:

Qui & veterem Interpretationem emendavit, & Notis integris FRIDERICI SYLBURGII ſelectiſque aliorum, ſuas paſſim Animadverſiones adjecit.

HIS ACCESSERUNT
SIMONIS BIRCOVII Exempla Latina,
Cum Duobus INDICIBUS.

EDITIO TERTIA, prioribus emaculatior.

Ἡ τῶν λόγων κρίσις πολλῆς ἐστι πείρας τελευταῖον ἐπιγέννημα. LONG.

LONDINI,
Privato AUCTORIS ſumptu excudebatur
Typis J. BETTENHAM, et proſtat venalis apud G. HAWKINS,
in vico vulgò dicto Fleetſtreet, anno æræ chriſtianæ
MDCCXLVII.

Digitized by Google

Digitized by Google

LECTORI.

NON multis ipso in limine te morabor, dudum introeundi desiderio captum, ut intima Eloquentiæ penetralia, à Dionysio feliciter reclusa, contempleris. Neque enim mihi persuadere possum, multis opus esse, quò arcana hæc mysteria, quæ frustra apud præstantissimos etiam dicendi magistros quæsiveris, tibi gratiora commendentur. Satis eruditi norunt & argumentum libelli, cujus verè aureoli tibi à me facta est jam copia, & libelli Auctorem politissimum; cui primas communi prope omnium consensu, Ciceronem si exceperis & Aristotelem, ob gravissima dicendi præcepta optimi quique detulerunt judices. Qui cùm plurima eruditione singulari & exquisito judicio ad Oratorem formandum conscripserit volumina, nullum quo tantopere se jactet, aut cui à nobis plus debeatur, quàm tibi quod offerimus de struendâ Oratione, ad nostra usque propagatum est tempora. Quem librum, per se cùm pretii quantivis sit, ideo pluris etiam æstimabunt eruditi, quòd solus est ex omni Antiquitate de Verborum Constructione institutus, quem nobis veteres incolumem transmiserint, præterea nullum. Alia quæ rei literariæ injuriâ temporum evenerunt damna, ex aliis aliunde reliquiis resarciri possunt; sin nostra hæc intercidissent vetustate absorpta, nullis, nec

Digitized by Google

Græcorum nec Latinorum monumentis jactura eſſet reparanda. Id enim ſcriptionis genus, id argumentum ſibi illuſtrandum ſumpſit, quod veterum Oratorum nemini ante ſe ne quidem in mentem venerat: nec ſeculis eo mortuo ſubſequentibus, ab ullo artifice præter Longinum, (cujus itidem duo ſcripta non ſine magno detrimento ſunt amiſſa) ut dilucidius explicari poſſet, de integro ſuſceptum eſt.

Sed ut cætera omnia, quæ hoc ſcripto continentur Eloquentiæ myſteria, & pauciſſimis, ipſo affirmante Dionyſio, ſunt cognita, tacitus præteream; cùm tria ſint præcipua dicendi genera, quæ à Græcis Συνθέσεως χαρακτῆρες *appellantur, & à veteribus magiſtris aut calamo rudiori ſunt deſcripta, aut temerè prætermiſſa; hæc notis ſuis ille diſtincta, deſcriptionibus pleniſſimis illuminata, exemplorum ex optimis ſcriptoribus varietate & copiâ confirmata, adeò luculenter depinxit, ut nemini non poſſint eſſe luculentiſſima. Quæ ſi quis cognitione indigna judicabit, in errores idem ſæpiſſime inter legendum incurrat, vitia pro virtutibus, virtutes pro vitiis habeat, neceſſe eſt.*

Hæc cùm ita ſint, mirum nec immeritò quibuſdam videatur, quum cæteri omnes, qui Rhetorica præcepta memoriæ tradiderunt, in lucem toties prodeant doctiſſimorum laboribus illuſtrati, cur & Dionyſius, nemini eruditione ſecundus, eloquentiæ ſtudioſis pari jure non proponatur; & quemadmodum multa ex Græcis Latiniſque Oratoribus ſunt ſelecta, itidem

Digitized by Google

dem & hoc ſcriptum proprio edatur volumine. Equidem nolui per me ut fieret, (quanquam peritiori manu tractari dignus eſt) quò literis humanioribus juventus dedita, libello deſideratiſſimo diutius careret. meos adeò qualeſcunque, cæteris quieſcentibus, labores (ut ſpero) non aſpernabitur.

Jam verò, his ita expoſitis, quæ à nobis tibi ſint expectanda, paucis accipe. Cùm primam huic operi manum multis abhinc annis admovimus, aliorum auctoritate inducti, accuratam Friderici Sylburgii editionem, quæ typis Wechelianis excuſa eſt, ſummâ fide ſecuti ſumus, veſtigiis illius ubique inſiſtentes. Quod ut facerem, non ſolùm voluntas, ſed ipſa me neceſſitas adigebat, omnibus aliis, exceptâ Bircovianâ, adminiculis deſtitutum. Hanc autem, rogantibus amicis, mecum humaniter communicavit Joannes Laughton, *bibliothecæ Cantabrigienſis eo tempore præfectus; qui, cùm eſſet ipſe eruditus, & literis unicè favebat, & morum facilitate multum laudabatur. Nec quicquam aliud iſti adornandæ editioni mihi auxilio fuit, ſcriptum editumve: prodiit tamen ſuis haud denudata ornamentis, non ſolùm emaculata, (quod maximi faciendum eſt) ſed in quibuſdam ipſâ Sylburgianâ & auctior, & caſtigatior.*

Verùm ſecundis hiſce Curis, quæ ferè, ut dicitur, meliores ſunt, (& jam tertiâ recenſentur vice) alia haud contemnenda ad hanc provinciam, quam demùm in nos recèpimus adminiſtrandam, nacti

Digitized by Google

ſumus adjumenta. Quicquid enim ab exteris regionibus, ope clariſſimi viri Mich. Lequienii ſibi tranſmiſſum ad opera Dionyſii illuſtranda, mihi, dum in vivis fuit, amiciſſimus, doctiſſimuſque acceperat Hudſonus, *id omne, quantum ſcilicet ad hunc libellum attinet, ſuis locis diſtributum reperies. Quo factum eſt, ut multa prius aut mutila aut luxata, è codicibus calamo exaratis, duobus præcipuè Regiis & uno Colbertino, feliciter in hac impreſſione in integrum reſtituantur.*

Verſionem hujus libri ſuſcepit olim Simon Bircovius, *in Academiâ Samoſcenſi centum & triginta abhinc annis profeſſor; ſed infelici admodum ſucceſſu. Eſt enim ſi qua alia, non tantùm inepta, ſed in plurimis à ſenſu Auctoris aliena, & ſcriptori quæ politiſſimo adjungeretur, prorſus indigna. Sanè hunc hominem Hegeſiæ Magneſio, ſi ſcripta extarent, idoneum vix judices interpretem. Quod igitur ad Verſionem attinet, aut novam à me habes, aut veterem, inſtar Theſeæ navis, adeò immutatam, ut priſtinæ, ſi ulla, pauca admodum reperiantur veſtigia. De fide non ſum adeò ſolicitus, ne eam cuivis utriuſque linguæ perito non adprobem; elegantiam viri eloquentiſſimi, cujus ex orationc venuſtatcs Atticæ imprimis efflorescunt, ne in votis quidem fuit exprimere, aut dicendi gratiam exæquare.*

Integras Sylburgii notas, docti imprimis & eruditi viri, ſingulis paginis ſubjectas exhibemus: de quibus "*ipſe non veretur ita ſcribere:* Quicquid Victo-

"rius,

Digitized by Google

" rius, Muretus, Brodæus, Leopardus, Stephanus, " Canterus in Variarum Lectionum & Emendatio- " num libris notârant, diligenter excerpsi: è Ca- " merarii item, Xylandri & Wolfii libris quæ mihi " nobis suggesserant, eódem adhibui. *Hæc ille; nec est, cur jactantiorem credas: etenim promissis exhibitum reperies, plura etiam quàm quæ pollicitus est, impertientem. Quem tamen si nonnunquam errantem deprehendimus, venia omnino danda est; cùm longo in opere fas somnum sit obrepere. Sed cùm ad calcem ille notas rejecerit, & brevitatis studiosus Lectorem, paginâ versuque indicatis, ad alia subinde loca aliis Dionysii libris tractata, amandet; ea nos inseruimus, ne plurimis, qui integra Dionysii opera non haberent, à viro doctissimo annotata forent inutilia. Locum itidem quem citat ex Herodoto pag.* 26, *cùm esset longior quàm ut notis commodè immisceri posset, omisimus. Hæc dicenda judicavi, ne quis fidem suspicaretur. Quas insuper notas adjecimus, aut ad difficiliora explicanda è Casaubono, è Vossiis & patre & filio, aliisque eruditione pariter & judicio præstantibus viris, aut è nostro etiam penu, ut, si quid uspiam à nobis in contextu mutatum sit, fideliter indicent, depromptas habes.*

Exempla Latina, Græcis Dionysii respondentia, à Bircovio sunt collecta: quæ cùm aliquem usum essent habitura, nolui aut eorum utilitate studiosi juvenes, aut suâ laude Bircovius fraudaretur. Hoc tamen scias velim, me omnia recensuisse, cum optimis editionibus

Digitized by Google

editionibus collata, & passim fœdissimos (sive id incuriâ, sive ignorantiâ factum) errores sustulisse. Duos etiam indices, & Græcum & Latinum, ad finem habes adjectos: quos quidem composuit Sylburgius, quandam totius libri Synopsin non inutilem; nos autem utrumque locupletiorem fecimus.

Hæc sunt, amice Lector, quæ tuâ nonnihil interesse ut scires judicavi; nec habeo, quod ulterius te monitum velim, nisi æquum videri, ut te mihi candidum fore vicissim sperem, quemadmodum me tui causâ diligentem præstiti; idque eo æquius, ubi scieris me Amicorum potius hortatu, quàm meâ voluntate hoc munus suscepisse, ut ipse laborem molestiamque, alii fructum ex eruditissimo scriptore perciperent. Vale.

Digitized by Google

STRABO.

Εἶθ' Ἁλικαρνασσὸς, τὸ Βασίλειον τῶν τῆς Καρίας δυναστῶν, Ζεφύρα καλεμένη πρότερον. Ἄνδρες δὲ ἐγένοντο ἐξ αὐτῆς Ἡρόδοτός τε ὁ συγγραφεὺς, ὃν Θούριον ἐπάλεσαν διὰ τὸ κοινωνῆσαι τῆς εἰς Θουρίους ἀποικίας· καὶ Ἡράκλειτος ὁ ποιητὴς, ὁ Καλλιμάχε ἑταῖρος· καὶ καθ' ἡμᾶς Διονύσιος ὁ συγγραφεύς.

SUIDAS.

Διονύσιος Ἀλεξάνδρε, Ἁλικαρνασσεύς· ῥήτωρ, καὶ * παυλοῖος λόγιος, γέγονεν ἐπὶ Καίσαρος τῦ Σεβαστῦ, πρόγονος τῦ ἐπὶ Ἁδριανῦ γεγονότος Ἀτθικιστῦ.

* παυλοίους, *Portus.*

QUINTILIANUS.

Multa pòst Apollonius Molon, multa Areus, multa Cæcilius, & Halicarnasseus Dionysius. *Lib.* iii.

Eademque dicunt Theodectes ac Theophrastus, similia post eos Halicarnasseus Dionysius. *Lib.* ix.

Digitized by Google

Digitized by Google

ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΑΛΙΚΑΡΝΑΣΣΕΩΣ
ΠΕΡΙ
ΣΥΝΘΕΣΕΩΣ ΟΝΟΜΑΤΩΝ.

DIONYSII HALICARNARNASSEI
DE
STRUCTURA ORATIONIS
LIBER.

Digitized by Google

ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΑΛΙΚΑΡΝΑΣΣΕΩΣ

[1]ΠΕΡΙ

ΣΥΝΘΕΣΕΩΣ ΟΝΟΜΑΤΩΝ.

ΤΜΗΜΑ ά.

Ὅτι τὸ συγγραμμάτιον τοῦτο, τὸ περὶ Συνθέσεως Ὀνομάτων, πᾶσι τοῖς ἀσκοῦσι τὰς πολιτικὰς λόγους ἀναγκαῖόν ἐστι.

" [2] ΔΩΡΟΝ τοι κ᾽ ἐγὼ, τέκνον φίλε, τοῦτο δίδωμι· καθάπερ ἡ παρ᾽ Ὁμήρῳ φησὶν Ἑλένη ξενίζουσα τὸν Τηλέμαχον· πρώτην ἡμέραν ἄλοντι ταὐτηνὶ [3] γενέθλιον, ἀφ᾽ ἧς παραγέγονας εἰς ἀνδρὸς ἡλικίαν, [4] ἡδίστην

[1] Περὶ Συνθέσεως] Multimodis hanc inſcriptionem, eodem licet omnes ſenſu, verterunt viri docti. Alii de Verborum Compoſitione ; de Collocatione alii ; quidam de Structurâ Orationis, interpretantur. Addas ex Cicerone in Orat. de Verborum Conſtructione : *Et ipſa oratio conformanda, non ſolum electione, ſed etiam conſtructione verborum.*

Occurrit etiam, ſed rarius, vox Συνθήκη hâc ſignificatione : Chryſoſtomus in 4to περὶ Ἱερωσύνης, ubi de Paulo Apoſt. agit : Ἀλλ᾽ ἐξέστω καὶ τῇ λέξει φιλοχρεῖσθαι, καὶ τὴν Συνθήκην τῶν Ὀνομάτων ἁπλῆν τινα εἶναι καὶ ἀφελῆ. Nec non Lucianus de *Conſcribend. Hiſtoria*, Καὶ μὴν καὶ συνθήκη τῶν ὀνομάτων εὐκράτῳ καὶ μίσῃ χρηστέον.

Poſt Halicarnaſſeum ſcripſit etiam hâc de re Dionyſ. Longinus, præter Sectionem illam in libro περὶ Ὕψους nobis reliquam, duos, ſicuti ipſe teſtatur, libros integros, qui vetuſtate penitus interciderunt. *Dolor ingens*, (verba ſunt Fabri) *damnum ingens, quod hi libri perierint. Longe enim acrius eſt Dionyſii noſtri judicium & exquiſitius multo, quàm Dionyſii Halicarn. quod olim fuſe oſtendam ex iis Scriptorum locis, quos uterque examinavit.* Id opus ſcripſerit Faber, necne, haud ſcio; hoc interim certiſſimum habeo, omnes omnium ætatum eruditiſſimos homines hunc Dionyſii libellum maximi ſemper feciſſe. Teſtes proferre, otioſi eſt.

Lemna, quod primæ huic Sectioni

Digitized by Google

DIONYSII HALICARNASSEI

DE

STRUCTURA ORATIONIS

LIBER.

SECTIO I.

Hunc Dionysii de Structurâ Orationis Commentarium, viris esse civilibus in primis utilem.

HOC etiam accipies à me, charissime, munus: (liceat enim mihi iisdem affari te verbis, quibus apud Homerum Helena Telemachum affatur hospitem) hoc tuo natali die, quem primum jam, ex quo virilem ad ætatem perveniſti, agis, ex omnibus festis tam jucundissimum mihi,

ctioni inscriptum habes, è meo est; reliqua ex ipsis Dionysii verbis ut plurimum collecta, Editionis suæ margini apponenda curaverat Sylburgius.

[2] Δῶρον.] Plenius et fortasse rectius legemus,

Δῶρόν τοι κῆ ἐγὼ, τέκνον φίλε, τοῦτο δίδωμι.

ut apud Homerum est Odyss. ό. ῥ. 125; unde hic locus est desumptus. *Sylburgius.*

Ibid. Δῶρον.] Sylburgii conjecturam secutus, particulam καὶ, quæ huc usque defuit, suo loco inserendam curavi; quam ad rem nonnihil me movet initium, quo Theophylactus suam Παιδείαν Βασιλικὴν *ad Constantinum Porphyrogenitum* exorsus est.

Δῶρόν τοι κῆ ἐγὼ, Βασιλεῦ φίλε, τοῦτο δίδωμι· δῶρον ἐμοὶ διδόναι, καί σοι λαμβάνειν ἑλαφρῶς οἰκειότατον. Dionysium plane æmulari studuit, licet impari successu.

[3] Γενέθλιον.] Natalitii titulo Lucianus suum περὶ Μακροβίων libellum Quintillo, ut notat *Lindenbrogius*, & Censorinus itidem suum de Die Natali Q. Cerellio dedit. Mos verò antiquissimus, ut amici invicem, & clientes patronis die natali munera mitterent. Exempla passim obvia: Epidicus apud Plautum; *Non meministi me auream ad te afferre die natali Lunulam, atque anellum aureolum in digitum?* Est autem memoriæ lapsus, quod ibi in notis ad Censorinum doctissimis, Rufum Melitium, Dionysii filium Lindenbrogius dicit.

[4] Ἡδίστην.]

Digitized by Google

[4] ἡδίσ῾την κ᾽ τιμιω῾άτην ἑορ῾ῶν ἐμοί. Πλὴν ὅτε χειρῶν δημιούρ῾ημα πέμπω σοι τῶν ἐμῶν, [5] ὡς ἐκείνη ἔφη διδοῦσα τῷ μειρακίῳ τ᾽ πέπλον, ὅτε εἰς γάμ᾽ μόνον ὥραν, κ᾽ γαμε῾ῆς χάριν εὔθε῾ον· ἀλλὰ ποίημα μ᾽ κ᾽ γέννημα παιδείας κ᾽ ψυχῆς τῆς ἐμῆς, [6] κ῾ῆμα δέ σοι τὸ αὐτὸ, κ᾽ χρῆμα πρὸς ἁπάσας τὰς ἐν τῷ βίῳ χρείας, ὁπόσαι γίνον῾αι διὰ λόγων, [7] ὠφέλιμον, ἀναι῾καιότα῾ον ἁπάν῾ων χρημάτων· [8] εἴ τι δὴ κἀγὼ τυγχάνω τῶν δεόν῾ων φρονῶν· ἅπασι μ᾽ ὁμοίως τοῖς ἀσκοῦσι τὴς [9] Πο῾ιτικὴς λόγ᾽ς, ἐν ᾗ πο῾ῖ᾽ ἂν ἡλικίᾳ τε κ᾽ ἕξει τυγχάνωσιν ὄν῾ες· μάλισ῾α δὲ τοῖς μειρακίοις τε κ᾽ νεωσὶ τὴ μαθήμα῾ι ἁπ῾ομένοις [10] ὑμῖν, ὦ [11] Ῥῆφε Μελίτιε, πα῾ρὸς ἀγαθῆ, κἀμοὶ τιμιω῾άτε φίλων.

[12] Δι῾ῆς

[4] Ἡδίσ῾ην.] Non agnoscit codex alter Regius è bibliothecâ Gallicanâ, ut *Hudsonus* monet.

[5] Ὡς ἐκείνη.] Operæ pretium erit, integrum ex Homero locum ante oculos ponere:

——Ἑλένη δὲ πα῾ρίσ῾ο καλλιπάρῃ῾ος,
Πέπλον ἔχου᾽ ἐν χερσὶν, ἔπ᾽ τ᾽ ἔφα᾽ ἔκ τ᾽ ὀνόμαζε.
Δῶρόν τοι κ᾽ ἐγὼ, τέκνον φίλε, τῆ᾽το δίδωμι,
Μνῆμ᾽ Ἑλένης χειρῶν, πολυηρά῾ου εἰς γάμ᾽ ὥρην
Σῇ ἀλόχῳ φορέειν.

Amicos autem domum digredientes, pretiosissimis ornare muneribus erat olim in usu.

[6] Κτῆμα.] Locum Isocratis ad Demonicum, uti censet Wolfius, in animo noster habuit. Πειρῶ τὸν πλοῦτον χρήμα῾α κ᾽ κ῾ήμα῾α κα῾α῾σκευάζειν· ἔσ῾ι δὲ χρήμα῾α μὲν τοῖς ἀπο῾αύειν ἐπισα῾αμένοις, κ῾ήμα῾α δὲ, τοῖς χρῆσθαι δυναμένοις. Cicero Epist. ad famil. *Si vales, bene est. Sum enim* χρήσει μὲν *tuus,* κ῾ήσει δὲ *Attici nostri: ergo fructus est tuus, mancipium illius.* Lucretius lib. 3.

Vitaque mancipio nulli datur, omnibus usu.

Sed ita & Xenophon in *Oeconom.* τούτοις αὖ ὅτε αἱ ἐπισ῾ήμαι χρήμα῾ά ἐ῾σιν, ὅτε κ῾ήμα῾α.

[7] Ὠφέλιμον.] Eâdem ferè structurâ usus est Polybius lib. 4to. Μουσικὴν γὰρ, τήν γε ἁ῾ηθῶς μουσικὴν, πᾶσι μὲν ἀνθρώποις ὄφε῾ον ἀσκεῖν, Ἀρκάσι δὲ κ᾽ ἀνα῾καῖον. Sed versu priore articulum τὰς, auctoritate trium codicum addidi; τὰς ἐν τῷ βίῳ χρείας.

[8] Εἴ τι δὴ κἀγώ.] Ita Æschines contra Ctesiph. quem videtur hoc loco imitatus: Εἴ τι κἀγὼ τυγχάνω γινώσκων. *Si ullo modo assequi compleclique potuissem.* Cicero de Orat.

[9] Πο῾ιτικὴς.] Πο῾ιτικὸς λόγ᾽ς aut ad forum, aut ad populum pertinet, tribuiturque εἰς δικανικὸν κ᾽ δημη῾ορικόν. Sub genere *dicanico* quid sit, notum est. Sub *demegorico* autem longè plura sunt, eaque grandiora.

Digitized by Google

mihi, quàm honoratiſſimum. Veruntamen hoc, quod ad te mitto munus, neque manuum mearum opus eſt, (uti illa dicebat, juveni peplum tradens) neque tempori ſolummodo nuptiarum uxoriſque venuſtati conciliandæ accommodatum; ſed ingenii mei eruditioniſque, & fœtus eſt, & fructus: quod in uſum tibi commodumque cedat, ad quævis vitæ munia peragenda, quæ poſſint oratione confici, utiliſſimum; ex omnibus rebus (ſi quid ego demum, quod argumento reſpondeat, animo complector) cùm viris civilibus univerſis, oratoriam exercentibus eloquentiam, maximè neceſſarium, quâcunque fuerint ætate, & profectu; tum in primis tibi adoleſcenti, & ad ſtudia dicendi nuperrimè accedenti, ô *Rufe Meliti*, qui patre bono honeſtoque natus es, plurimumque ex amicis mihi obſervando.

Cùm

grandiora. Complectitur enim illa omnia, de quibus agi ad populum ſoleat. Item Legatorum orationes, Εὐχαριστήρια ob felicem prœliorum eventum, Laudationes funebres, ducum & imperatorum alloquia, ſeu adhortationes copiarum, &c. uno verbo πολιτικὸς λόγος opponitur rhetorum ſophiſtarumque μελέταις, quales ſunt declamationes, & illæ orationes, quæ in otio & umbra ſcholarum habentur. Eodem etiam conjicere haud dubitem Panegyricos rhetorum quorundam, qui populi fremitum, ſtrepitum, tumultum ferre non poterant, quod nimiam frontis teneritudinem, nec ſatis firmas aures haberent. Πολιτικὸν λόγον vocare poſſis *virilem & oratoriam eloquentiam*, ut auctor Dialogi *de cauſis corruptæ eloquentiæ*. Sed, inquies, ῥητορικὴν & πολιτικὴν eandem eſſe ſcribit Pollux, & ῥήτορα eſſe πολιτικόν. Fateor, ſi rhetoras pro iis accipiat, qui rempublicam adminiſtrant; ſin aliter, errat. *Faber.*

10 Ὑμῖν, ὦ Ῥῆφε.] Hæc verba per *communicationem*, ut loquuntur, ſunt accipienda, ac ſi dixerat, καὶ σοὶ αὐτῷ, καὶ τοῖς ἄλλοις μειρακίοις ἅπασι, τοῖς, &c. Sic Longinus Sect. 12. ubi Terentianum ſuum alloquitur, Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὑμῖς ἂν ἄμεινον ἐπιχείροιτε. Id eſt, *Tu & Romani tui.*

11 Ῥῆφε Μελίτιε.] Quia Rufus Latinum eſt cognomen, haud ſcio, an pro Μελίτιε legendum ſit Μινύκιε, ſeu Μινούκιε. Rufum autem Minuciæ familiæ cognomen fuiſſe, teſtantur in M. Minucii conſulatu Salluſtius, Eutropius, Faſti Siculi. Et hunc librum Romano adoleſcenti fuiſſe inſcriptum, non abſimilis vero eſt conjectura: quemadmodum ſequentium etiam unum Cn. Pompeio; & alium Q. Ælio Tuberoni dedicavit. Infra in fragmento de Atticorum oratorum Characteribus, meminit quidem hujus libri Περὶ τῆς Συνθέσεως τῶν Ὀνομάτων

Digitized by Google

[12] Διτλῆς γὰρ ὄσης ἀσκήσεως περὶ πάντας ὡς εἰπεῖν τοὺς λόγους, τῆς περὶ τὰ νοήματα, καὶ τῆς περὶ τὰ ὀνόματα· ἂν ἡ μὲν, τῷ [13] Πραγματικῷ τόπῳ μᾶλλον ἐφάπτεσθαι δόξειεν ἄν, ἡ δὲ [14] τῷ Λεκτικῷ καὶ πάντων, ὅσοι τῷ λέγειν εὖ σχολάζουσι, περὶ ἀμφοτέρας τὰς θεωρίας τῷ λόγῳ ταύτας σπουδαζόντων ἐξ ἴσου, ἡ μὲ ἐπὶ τὰ πράγματα καὶ τὴν ἐν τούτοις φρόνησιν ἄγουσα ἡμᾶς ἐπιστήμη, βραδεῖα ἐστι καὶ χαλεπὴ νέοις, μᾶλλον δὲ ἀδύνατος εἰς ἀγενείων. καὶ μειρακίων πεσεῖν ἡλικίαν. ἀκμαζούσης γὰρ ἤδη [15] συνέσεώς ἐστι, καὶ πολλαῖς καθηλυμένης ἡλικίας ἡ τούτων γνῶσις [ἐστιν] οἰκειοτέρα· πολλὴ μὲ ἱστορία λόγων τε καὶ ἔργων, πολλὴ δὲ πεῖρα καὶ συμφορᾶ παθῶν οἰκείων τε καὶ ἀλλοτρίων συναυξανομένη. τὸ δὲ περὶ τὰς λέξεις φιλότιμον καὶ φιλόκαλον, καὶ ταῖς νεαραῖς πεφυκὸς συναυθεῖν ἔχ ἥτλον ἡλικίαις. [16] Ἐπλόησαν γὰρ ἅπασαι νέαι ψυχὴ περὶ τ τῆς

μάτων; sed ejus, ad quem librum istum scripsit, nullam mentionem facit. *Sylburg.* Codex primus Regius cum Colbertino legunt, Ῥᾷφ Μιλίλιε.

[12] Διτλῆς.] Hanc operis divisionem duplicem observat, & in libro περὶ τῆς Δημοσθ. δεινότητος, ubi multa repetit, quæ hoc volumine continentur: τῷ λέγειν εὖ διτλὴ ἡ διαίρεσίς ἐστιν, εἴς τε τὸν πραγματικὸν τρόπον, καὶ εἰς τὸν λεκτικόν.

[13] Πραγματικῷ τόπῳ.] Τόπου vocabulum in hac ipsa significatione repetitur paulo post, ἵνα τὸν λεκτικὸν τόπον τελείως ἐξειργασμένον ἔχῃς. Et Sect. 2. τῶν περὶ τὸν λεκτικὸν τόπον θεωρημάτων, necnon infra multis in locis. Sed Henr. Stephanus Schediasmatum lib. 2. cap. 14: lectori considerandum relinquit, annon τύπου nomen in his locis reponendum sit. Infra certè in Γαμηλίων Μεθόδῳ sic legimus 35, 45. πότε μὲν ἓν ἐν ἀρχῇ χρηστέον τῷ τύπῳ τούτῳ, πότε δὲ καὶ ἐπὶ τέλει. Itidemque in Isocrate 95, 14. τοῖς αὐτοῖς τύποις τῶν σχημάτων τὰς περιόδους περιλαμβάνειν. Et rursum in Xenophonte 131, 3. ὁ πραγματικὸς τύπος, καὶ ὁ λεκτικός. In eodem Isocrate paulo post ver. 37, pro eodem τύπου nomine, usurpat etiam τρόπου vocabulum; cum ait, τὰ ἐν τῷ πρακτικῷ τρόπῳ θεωρήματα; itidemque 114, 31. εἰς τὸν λεκτικὸν τρόπον. Et mox p. 34. καὶ τὸν πραγματικὸν τρόπον. In Xenophontis & Philisti comparatione, non modo τύπον, sed etiam χαρακτῆρα dicit. Cum enim ejus comparationis initio scripsisset, (130, 40.) καὶ ἀμφοτέρους τοὺς χαρακτῆρας, τόν τε πραγματικὸν καὶ τὸν λεκτικὸν, paulo post, (131, 3.) τῷ πραγματικῷ

Cum itaque duplex sit exercitatio in omnibus, ut ita dicam, orationibus, altera in sensis animi rerumque inventione, altera in vocabulis versata; quarum illa quidem ad *Locum* rerum, hæc ad verborum, videtur pertinere: cúmque omnes oporteat, qui benè ornatéque dicendi laudem obtinere student, in utramque pariter orationis disciplinam incumbere: illa, quæ nos ad res ipsas earumque gerendarum solertiam deducit scientia, tardior est & juventuti perdifficilis; adeoque fieri vix potest, ut in teneram nondum ortâ lanugine, & juvenilem ætatem, possit cadere. Est enim intelligentiæ maturioris, ætatisque canis compositæ, harum rerum cognitio familiarior; utpote quæ ex multâ tam dictorum quàm factorum notitiâ, ex longo item usu atque experientiâ tum eorum quæ nobis, tum quæ aliis benè vel malè evenerunt, annis crescentibus simul incrementa sumat. Sed de verborum elegantiâ, et nitore ambitioso, studium videmus singulare in ætate etiam puerili efflorescere. Mens enim ferè omnis adolescentium

μαλικῶ χαρακτῆρος enarrationem sic concludit, καὶ ὁ μὲν πραγματικὸς τύπος αὐτῷ τοιοῦτος, & χαρακτῆρος vocabulum rursum usurpat §. 12. Quin & ἰδέα in hâc significatione dicit 69, 36: necnon etiam ἰδέα, 130, 11. 146, 22. è quibus locis perspicuum est, non absurdam esse Stephani conjecturam. Sed ne quid dissimulem, ut quibusdam in locis τύπος vocabulum videtur magis consentaneum, ita in quibusdam magis aptum est nomen τόπος sicut etiam in altero tractatu de Thucydide ad *Tuberonem*, dicit, τὰ περὶ τὸ πραγματικὸν μέρος ἁμαρτήματα, 146, 20. itemque 153, 4. 159, 28. edit. Francof. 1586. *Idem.*

14 Τῷ λεκτικῷ] Pro λεκτικῷ perperam in Aldinâ editione legi πολιτικῷ, adnotavit idem Stephanus eodem *Scheda tinatum* capite. Cognoscitur idem è loco Dionysii, quem modo citavi ex 130, 40. Ξενοφῶν μὲν γὰρ Ἡροδότου ζηλωτὴς ἐγένετο καὶ ἀμφοτέρους τοὺς χαρακτῆρας, τόν τε πραγματικὸν καὶ τὸν λεκτικόν· necnon ex aliis permultis locis. *Idem.*

14 Συνέσεώς ἐστι.] Τὸ ἐστὶ videtur abundare; & fine ullo aut sensûs, aut periodi detrimento potest auferri: posteriorem uncinis inclusi. Sed aliter hunc locum profert Reg. 2. Συνέσεώς ἐστιν ἡ τούτων καθάληψις; & mox pro καθηρημένης Colb. κεκοσμημένης ἡλικίας ἡ τούτων γνῶσις ἐστιν ἡ καρτερά. quæ vox postrema nihili est.

16 Ἐπιθήσει.] Ita Plato in *Phædone*, περὶ τὰς ἐπιθυμίας μὴ ἐπιτοῦσθαι; & Chrysost. in *Gen.* Ἐπειδὴ γὰρ Ἰουδαίοις διελέγετο, τοῖς περὶ τὰ παρόντα ἐπτοημένοις; & initio

Digitized by Google

τῆς [17] Ἑρμηνείας ὡραϊσμὸν, ἀλόγως τινὰς καὶ ὥσπερ ἐνθουσιώδεις ἐπὶ τοῦτον λαμβάνουσα ὁρμάς· οἷς πολλῆς πάνυ καὶ ἐμφρονος δεῖ τῆς πρώτης ἐπισασίας τε καὶ αἰσωγῆς, εἰ "μέλλουσι μὴ πᾶν ὅ, τι κεν [18] ἐπ' ἀκαιρίμαν γλώσσαν "ἔπος ἔλθῃ λέγειν, μηδὲ εἰκῇ συνθήσειν τὰ πρόσχοντα ἀλλήλοις, ἀλλὰ [19] ἐκλογῇ τε χρήσεσθαι καθαρῶν ἅμα καὶ γενναίων ὀνομάτων, καὶ συνθέσει ταῦτα κοσμήσειν μεμιγμένον ἐχούσῃ τῷ σεμνῷ τὸ ἡδύ.

Εἰς δὴ τοῦτο τὸ μέρος, ὃ δεῖ [20] πρῶτον νέοις ἀσκεῖσθαι, συμβάλλομαί σοι μέρος εἰς τὰ ἐρωτήματα περὶ Συνθέσεως τῶν ὀνομάτων, τὴν πραγματείαν ἐκ ὀλίγοις μὲν ἐπὶ νῦν ἐλθοῦσαν, ὅσοι τῶν ἀρχαίων Ῥητορικὰς ἢ καὶ Διαλεκτικὰς συνέγραψαν τέχνας, ἐδενὶ δὲ ἀκριβῶς οὐδὲ ἀποχρώντως μέχρι τοῦ παρόντος ἐξειργασμένην, ὡς ἐγὼ πείθομαι. Ἐὰν δὲ ἐγγένηταί μοι σχολὴ, καὶ περὶ τῆς [21] Ἐκλογῆς τῶν ὀνομάτων ἑτέραν ἐξοίσω σοι γραφὴν, ἵνα τὰ Λεκτικὸν τόπον τελείως ἐξειργασμένον ἔχῃς· ἐκείνην μὲν οὖν τὴν πραγματείαν [22] εἰς νέωσα πάλιν ὥραις ταῖς αὐταῖς προσδέχου,

itio primi περὶ Εἰρωσύνης pari modo; περὶ τὰς ἐν τῇ σκηνῇ τέρψεις. ἀπολογούμενον.

17 Ἑρμηνείας.] Demetrius Phalereus eodem etiam sensu Ἑρμηνείας vocabulo usus est; alio autem Aristoteles, qui λέξιν pro *Elocutione*, ut alii plerique φράσιν utuntur, teste Fabio lib. 8. sed & vocem Ἀπαγγελίας infra Sect. 20. hâc significatione habet; Οὐχὶ ζυγκαλακεκύλισαι τῷ βάρει τῆς πίτρας ἡ τῶν ὀνομάτων σύνθεσις, μᾶλλον δὲ ἔφθακε τὴν τοῦ λίθου φορὰν τὸ τῆς Ἀπαγγελίας τάχος; sic in Μεθόδῳ Προσφωνηματικῶν ad finem. Ita & Chrysostomus in 4to περὶ Εἰρωσύνης· Καὶ οὐδέν μοι φράσεως, οὐδὲ Ἀπαγγελίας μέλει. Unde lectio Ἀπολογίας, margini appositа, nihili est, ex ignorantiâ nata.

18 Ἐπ' ἀκαιρίμαν.] De hoc loquendi genere, ἐπὶ γλῶσσαν ἐλθεῖν, vide quæ a Petro Victorio adnotata sunt, Var. Lect. lib. 11. cap. 16. *Sylburg.*

Ibid.] Lucianus *de conscrib. Hist.* Ἀναπλάττουσιν ὅ, τι κεν ἐπ' ἀκαιρίμαν γλῶτταν φασιν ἔλθῃ. Et, *scribere quicquid in buccam venerit*, loquendi modus à Cicerone non semel usurpatus; valetque, temere nullo verborum aut sententiarum habito delectu, sensa animi effutire. Ita Isocrates in Panathen. Ὅμοιον ἂν εἶναι δόξαιμι τοῖς εἰκῇ καὶ φορικῶς καὶ χύδην, ὅ, τι ἂν ἐπέλθῃ λέγουσι. Plato auctorem videtur indicare Æschylum: Οὐκοῦν καὶ Αἰσχύλον, ἔφη, ἠρώμεν, ὅ, τι νῦν ἦλθε ἐπὶ γόμα. At

locus

Digitized by Google

centium, ſtupore veluti imbuta, venuſtatem oratoriam demiratur, incredibili pæne entheoque impetu ad eam delata: quibus ſanè moderandis, multâ admodum prudentique opus eſt inſtitutione & curâ; ſi modò hoc ſibi habeant propoſitum, ut *quicquid in buccam venerit, id ſermone non effutiant intempeſtivo*, nec quævis temerè oblata coagmentent vocabula; ſed ut verborum, quæ pura ſint & generoſa, delectu utantur, eâque tali illuſtrent compoſitione, quæ gravitati conjunctam habeat ſuavitatem.

Ad hanc itaque partem, quæ prima juventuti eſt exercenda, hoſce tibi labores meos confero; ut amor inde tuus ad hæc ſtudia pulcrè orationis componendæ excitetur: opus, quod non paucis quidem ex veteribus dicendi magiſtris in mentem venit, qui Rhetoricas artes vel Dialecticas conſcripſerunt; ſed à nemine, uti ipſe arbitror, eâ quâ decuit curâ ac diligentiâ, ne quidem mediocri, ad hanc uſque diem pertractatum. Quòd ſi mihi otium contigerit, alium inſuper tibi adferam de *Verborum Delectu* libellum, ut Locum de elocutione plenè habeas perfectéque conſcriptum. Illud utique opus anno proximo, natalibus iterum tuis expectes, Diis ab

locus in his, quæ ſuperſunt Æſchyli fabulæ, non apparet. Eſt autem in *Eumenidibus* quidam non adeò diſſimilis;

——τέρϛω δ' ὅμμαϲι πτίθως,
Ὅτι μοι γλῶσσαν κ) τόμ' ἐπωπᾶ
Πρὸς τὰς δ' αἰδοίως ἀπαναμμίνας.

Quam rem pulcrè ſanè exprimit Martialis:

Pallentes procul hinc abite curæ.
Quicquid venerit obvium, loquamur
Moroſâ ſine cogitatione.

19 Ἐκλογῆ τι χρήσισθαι.] Κεχρῆσθαι habet Reg. 1. alter χρήσασθαι: & mox pro ἀποχρώντως, Reg 1. ἱϲχυρῶς.

20 Συμβάλλομαί σοι μέρ.] Nihil dubito, quin hæc vox μέρ. à malâ manu ſit; cum ad rem parum attineat, & bis vitiosè occurrat repetita. Πραϲματείαν autem Victorius per *Inſtitutam ſcriptionem* explicat. Cicero in Orat. *Illud autem eſt hujus inſtitutæ ſcriptionis, ac temporis.* Opus itidem ſuum Ῥωμαϊκῆς Ἀρχαιολογίας eo nomine ſæpius appellat Dionyſius; non longè ab initio Hiſt. ὅτε πρὸς αὐτὸν ὥρμησα τὴν πραϲμαλείαν. ita & Joſephus, Dionyſii imitator, contra Apionem; πάσης μοι τῆς πραϲμαλείας (de bello Judaico) ἐν παρασκευῇ γεγενημένης.

21 Ἐκλογῆς.] Hunc librum ſcripſerit Dionyſius necne, quem *Ruſo Melitio*, non *Echecrati*, ut ait Gerh. Voſſius memoriæ errore, promittit, plane ſub ancipiti hæret. Huic verò dicata eſt *Ars Rhetorica*.

22 Εἰς νέωλα.] Heſychius, εἰς τὸ

Digitized by Google

δέχε, [23] Θεῶν ἡμᾶς φιλανθρώπων αἰτησάμενος τε καὶ εὑρόμενος· εἰ δή ποθεν ἡμῖν ἄρα τέκνα πέπρωται βεβαίως τυχεῖν. νυνὶ δὲ ἦν τὸ δαιμόνιον ἐπὶ νέῳ ἡλικιώτῃ μοι παιδαγωγείαν προσδέχε.

Τῆς πραγματείας ταύτης τὰ κεφάλαια.

Κεφάλαια δὲ αὐτῆς ἐστιν, ἃ πρόκειταί μοι δεῖξαι, ταῦτα· Τίς τέ ἐστιν ἡ τῆς συνθέσεως φύσις, καὶ τίνα ἰσχὺν ἔχει, καὶ τίνων ἐπιδέχεται, καὶ πῶς αὐτῶν τυγχάνει, καὶ τίνες αἱ γενικώταται αὐτῆς εἰσι διαφοραὶ, καὶ τίς ἑκάστης χαρακτὴρ, καὶ ποίαν κρατίστην αὐτῶν πείθομαι. Καὶ ἔτι πρὸς τούτοις, τί ποτ' ἐστὶ τὸ ποιητικὸν ἐκεῖνο, καὶ εὔγλωσσον καὶ μελιχρὸν ἐν ταῖς ἀκοαῖς, ὃ πέφυκε τῇ συνθέσει τῆς πεζῆς λέξεως παρακολουθεῖν· ποιητικῆς τε [24] καλασκευῆς τ' ἀποίητον ἐκμιμεμένης λόγον, καὶ σφόδρα ἐν τῇ μιμήσει καλορθέσης αὐτῷ τὸ κράτος· καὶ διὰ ποίας ἂν ἐπιτηδεύσεως γένοιτο ἑκάτερον αὐτῶν. Τοιαυτί μοι δή τινά ἐστιν, ὡς τύπῳ περιλαβεῖν, ὑπὲρ ὧν μέλλω λέγειν.

τὸ ἐπιὸν, ἢ νέον ἴτος. Theocritus in *Adoniaz.* εἰς νέωι' εὐθυμήσαις: nec aliter Moschopulus.

[23] Θεῶν ἡμᾶς.] Eodem ferè modo, nec minori pietate, ad Ammæum scribit, ad finem libri *de Demosthene*: Ἐὰν δὲ σώζῃ τὸ δαιμόνιον ἡμᾶς, καὶ περὶ τῆς παιδαγωγικῆς αὐτῷ δεινότητος, ἐν τοῖς ἑξῆς γραφησομένοις ἀποδώσομέν σοι λόγον. Erat autem et eruditione excellens, & religionis cultor observantissimus.

[24] Καλασκευῆς.] Locus difficilior, quantum equidem video. Neque enim liquidò constat à quo nomine Genitivus καλασκευῆς dependeat.

ΤΜΗΜΑ Γ'.

Συνθέσεως ὁρισμὸς, καὶ μέρη, καὶ τὸ ἔργον.

[1] Ἡ Σύνθεσίς ἐστιν, ὥσπερ καὶ αὐτὸ δηλοῖ τὄνομα, ποιά τις θέσις παρ' ἄλληλα τῶν τῆ λόγε μορίων·

[1] Ἡ Σύνθεσις.] Nota hic ellipsin conjunctionis δὲ, vel consimilis; ut infra Sect. 12 Οὐχ ἅπαντα πέφυκε τὰ μέρη, &c. & Sect. 16. Πολὺ ἂν ἔργον εἴη λέγειν; necnon alibi. In sequentibus vero Aldina Editio conjunctim scribit παραλληλα. Henricus Stephanus Schediasmatum lib. 2. c. 14, mavult παραλληλος· quanquam paulo post itidem sequitur οἰκείως θεῖναι τὰ ὀνόματα παρ' ἄλληλα: & infra Sect. 23, ἡ τῶν κώλων συμπλοκὴ πρὸς ἄλληλα. Sed

ab omni me periculo incolumem, morbisque immunem conservantibus; si modò nobis, id certo ut assequamur, à Parcis ordinatum est. Nunc verò, quam Deus componendam mihi in mentem attulit, hanc institutam scriptionem accipe.

Hujus libelli quæ sint capita.

Hujus verò libelli capita, quæ mihi suscepi
" demonstranda, sunt hæc: Quænam sit nempe
" compositionis natura, quam vim potestatem-
" que habeat, quem finem sibi propositum, &
" quibus eum modis consequatur: quæ deinde generalissimæ
" ipsius sint differentiæ, quæ nota, etiam uniuscujusque &
" character, earumque qualem ego judicem præstantissimam.
" Præterea quid illud tandem sit poeticum, illa suavitas, au-
" riumque oblectatio, quæ comitari soleat ornatam solutæ ora-
" tionis compositionem; quantum etiam robur, quanta vis po-
" etici sit apparatûs, nudum simplicemque imitantis sermonem,
" si modo felici successu facta sit imitatio: quibus denique stu-
" diis institutisque eorum sit utrumque assequendum. Hæc itaque
" sunt, ut ea summatim comprehendam, de quibus dicendum est.

dependeat. At mihi hæc Interpretatio videtur optima: Καί τί φοῖ ἐστὶ τὸ κράτῳ ποιητικῆς καλασκευῆς, τὸν ἀποίητον ἐκμιμεμένης λόγον, καὶ σφόδρα ἐν τῇ μιμήσει αὐτῇ καλοραθέσης. Nam pro αὐτῷ, αὐτῇ legendum censet (nisi αὐτὸ malueris, ut ad τὸ κράτῳ referatur) & καλοραθέσης absolutè debere accipi. Ita initio *de Thucydidis charactere*: τῆς δυνάμεως ἣν ἐν ἅπασι τοῖς ἔργοις καλοραθέσης. Vide Sectionem ult.

SECTIO II.

Compositionis definitio, partes, atque opus.

COmpositio, sicuti nomen ipsum indicat, est quædam orationis partium inter se mutua positio; quas dictionis etiam

Sed Stephano patrocinatur quod infra in Isocrate est, 94, 46. τῶν φωνηέντων τὰς παραλλήλους θέσεις. *Sylburg.*

Idem. Ἡ Σύνθεσις.] Collocatio quam alio vocabulo, ut et Longinus, Ἁρμογὴν vocat, à Scaligero definitur, *Aptus ordo partium inter se cohærentium.* Partes autem sunt, Elementa, Syllabæ, Voces. Hàc de re fusissimè agit Cicero in *Orat. perf.* ubi partes ejus tres esse tradit, Compositionem, Concinnitatem, & Numerum.

[2] Ταῦτα.]

Digitized by Google

ρίων, ἃ δὴ καὶ στοιχεῖά τινες τῆς λέξεώς καλοῦσι. [2] ταῦτα δὲ [3] Θεοδέκτης μὲν καὶ Ἀριστόλεως, καὶ [4] οἱ καθ' ἐκείνους φιλοσοφήσαντες τὸς χρόνους, ἄκρι τριῶν προήγαγον, Ὀνόματα, καὶ Ῥήματα, καὶ Συνδέσμους, πρῶτα μέρη τῆς λέξεως ποιοῦντες. οἱ δὲ μετ' αὐτὸς γενόμενοι, καὶ μάλιστα [5] οἱ τῆς Στωϊκῆς αἱρέσεως ἡγεμόνες, ἕως τεττάρων προέβίβασαν, χωρίσαντες ἀπὸ τῶν Συνδέσμων τὰ Ἄρθρα. εἶθ' οἱ μεταγενέστεροι [6] τὰ Προσηγορικὰ διελόντες ἀπὸ τῶν [7] Ὀνοματικῶν, τρίτε ἀπεφήναντο τὰ πρῶτα μέρη. ἕτεροι δὲ καὶ [8] τὰς Ἀντωνυμίας ἀποζεύξαντες ἀπὸ τῶν ὀνομάτων, ἕκτον στοιχεῖον τοῦτο ἐποίησαν. οἱ δὲ καὶ τὰ Ἐπιῤῥήματα διεῖλον ἀπὸ τῶν ῥημάτων, καὶ τὰς Προθέσεις ἀπὸ τῶν Συνδέσμων, καὶ τὰς Μεθοχὰς ἀπὸ τῶν Προσηγορικῶν. οἱ δὲ καὶ ἄλλας τινὰς εἰσάγοντες τομὰς, πολλὰ τὰ πρῶτα μόρια τῆς λέξεως ἐποίησαν· ὑπὲρ ὧν ὀ μικρὸς ἂν εἴη λόγος. Πλὴν ἤγε τῶν πρώτων, εἴτε τῶν τριῶν ἢ τεττάρων, εἶθ' ὅσων δή ποτε ὄντων μερῶν, πλοκὴ καὶ παράθεσις, τὰ λεγόμενα ποιεῖ κῶλα.

[2] Ταῦτα δέ.] Hunc locum ad verbum pæne deſcripſit Fabius cap. 4, lib. 1. *Veteres, quorum fuerunt Ariſtoteles quoque atque Theodectes, verba modò & nomina & convinctiones tradiderunt: videlicet quod in verbis vim ſermonis, in nominibus materiam, (quia alterum eſt quod loquimur, alterum de quo loquimur) in convinctionibus autem complexum eorum eſſe judicaverunt, quas conjunctiones à pleriſque dici ſcio, ſed hæc videtur ex συνδέσμῳ magis propria tranſlatio. Paulatim à Philoſophis, ac maximè Stoicis auctus eſt numerus: ac primum convinctionibus articuli adjecti; poſt præpoſitiones, nominibus appellatio; deinde pronomen; deinde miſtum verbo participium; ipſis verbis adverbia.*

[3] Θεοδέκτης.] Theodectes, cujus ſæpe meminit Dionyſius, erat orator è Lyciâ oriundus, Ariſtandri filiús; ſcripſit etiam Tragœdias. Sed ſimilem locum è libro *de Demoſth.* non pigebit adſcribere. Τοῖς πρώτοις μορίοις τῆς λέξεως, ἃ δὴ στοιχεῖα ὑπό τινων καλεῖται, εἴτε τρία ταῦτ' ἔστιν, ὡς Θεοδέκτῃ τε καὶ Ἀριστοτέλει δοκεῖ, ὀνόματα καὶ ῥήματα καὶ σύνδεσμοι, εἴτε πλείω, δύο ταῦτα ἀκολουθεῖ, μέλος καὶ χρόνος ἴσα. Sed de hâc ultimâ voce nonnihil dubito.

[4] Οἱ καθ' ἐκείνους.] Ita in *Antiquit.* de Attio Navio; τὸς καθὰ τὴν αὐτὴν ἀμείψαντας ἡλικίαν. Lege, οἰκοσκοπήσαντας, ſeu potius ἀκμάσαντας. Etenim unde ſit ἀμείψαντας, niſi à malâ manu, non intelligo.

[5] Οἱ τῆς Στωϊκῆς.] De verbis, eorumque ſignificatione atque origine

Digitized by Google

etiam elementa nonnulli vocant. Hæc autem Theodectes atque Ariſtoteles, & qui temporibus illis philoſophiæ operam dabant, ad tria produxere; Nomina, Verba, & Conjunctiones, quas primas orationis fecerunt partes. Hos vero, qui ſubſecuti ſunt, præcipuéque Stoicæ ſectæ principes, ad quatuor uſque promoverunt, à Conjunctionibus Articulis ſeparatis: Et qui deinceps eos exceperunt, à nominibus Appellativa reſecantes, quinque primas prodiderunt partes. Alii Pronominibus à Nominibus ſejunctis, ſextum & hoc orationis fecerunt elementum. Adverbia alii à Verbis, & Præpoſitiones à Conjunctionibus & Participia ab Appellativis diviſere: alii alias præterea diſtinctiones introduxerunt, multaque inde orationis prima poſuerunt elementa; de quibus longa ſanè eſſet oratio inſtituta. Hæ verò primæ partes, ſeu tres, ſeu quatuor, ſive quo alio fuerint numero, ſibi ipſis connexæ, ac compoſitæ, efficiunt illa, quæ in oratione dicuntur membra: quorum rurſus junctura illos Orbes, quæ Periodi vocantur,

gine inquirendâ multum laboris inſumebant Stoici. Cicero in Offic. *Audeamus imitari Stoicos, qui ſtudioſè exquirunt, unde verba ſint ducta:* Et in Oratore, *Architectos pæne verborum,* vocat. Noſter etiam Sect. 4. Εἰδὼς τὰς ἄνδρας, τὰς ἀπὸ τῆς Στοᾶς, ὑ μικρὰν φρενῖδα τῇ λεκτικῇ τόπῳ πεποιημένας.

5 Προσηγορικά.] Theodorus *Introduct. Grammat.* capite περὶ ὀνόματος, ita ſcribit: Ὄνομα δί τὸ μὲν κύριον, οἷον Σωκράτης· τὸ δὲ προσηγορικόν, οἷον ἄνθρωπος· τὸ δὲ ἐπίθετον, οἷον ἀγαθός. Quam vocem alii *vocabulum,* alii *appellationem* interpretantur. *Vocabulum, an appellatio dicenda ſit* προσηγορία, *& ſubjicienda nomini, necne, quia parvi refert liberum opinaturis relinquo.* Quintil. lib. 1. Servius ad hunc Maronis verſum 4to Georgic. *Corycium vidiſſe ſenem.* Malè quidam *Corycium* proprium aſſerunt eſſe nomen, cum ſit appellativum ejus, qui more *Corycio* hortos excoluit.

7 Ὀνομαλικῶν.] Malet forſan aliquis ὀνομαστικῶν, ſed ὀνομαλικῶν vocabulum in hâc ipſâ ſignificatione uſurpatum eſt infra Sect. 12. Χρὴ δὲ καὶ τὰς πτώσεις τῶν ὀνομαλικῶν ταχὺ μεταλαμβάνειν: & alibi. Ὀνομαλικὰ verò hîc vocat nomina ſubſtantiva, ſeu quæ à nominibus ſunt declinata; ut infra Sect. 22. Πάλιν τῷ κλυδὼν προσηγορικῷ τὸ πέμπελε ἐημαλικὸν ἐπιτείμησεν. Imperativum Πέμπελε à verbo πέμπω deflexum, vocat ἐημαλικόν. Infrà Sect. 5. Ἔτι πρὸς τούτοις καὶ ἠξίουν τὰ μὲν ὀνομαλικὰ προσλάτλειν τῶν ἐπιθέτων· τὰ δὲ προσηγορικὰ τῶν ὀνομαλικῶν. Ὀνομαλικὰ vocat nomina ſubſtantiva, & quæ illorum vice funguntur. *Sylburg.*

8 Τὰς Ἀπλωνυμίας.] Codex 1. Regius habet Ἀπλωνομασίας.

8 Ἐπι

Digitized by Google

λα. ἔπειθ' ἡ τέτων ἁρμονία, τὰς καλεμένας συμπληρᾶ περιόδες· αὗται δὲ τ' σύμπασαι τελειᾶσι λόγον.

9 Ἔστι δὴ τῆς συνθέσεως ἔργα, οἰκείως θεῖναι τά τε ὀνόματα παρ' ἄλληλα, καὶ τοῖς κώλοις ἀποδοῦναι τὴν προσήκεσαν ἁρμονίαν, καὶ ταῖς περιόδοις διαλαβεῖν αὐτὸν ὅλον τ' λόγον. Δευτέρα δὲ ἅσα μοῖρα, τῶν περὶ τ' 10 Λεκτικὸν τόπον θεωρημάτων καλανοεῖνι τὴν τάξιν· ἥκιστα γὰρ ἡ τῶν ὀνομάτων Ἐκλογὴ, 11 καὶ προυφίσασθαι ταύτης καλὰ φύσιν· ἡδονὴν καὶ πειθὼ καὶ κράτος ἐν λόγοις ἐκ ὀλίγῳ κρείττω ἐκείνης ἔχει. Καὶ μηδεὶς ἡγήσηται παράδοξον, εἰ πολλῶν καὶ μεγάλων ὄντων θεωρημάτων περὶ τὴν Ἐκλογὴν, ὑπὲρ ὧν πολὺς ἐγένετο φιλοσόφοις τε καὶ ῥητορικοῖς ἀνδράσι λόγος, ἡ Σύνθεσις δευτέραν ἔχουσα χώραν τῇ τάξει, καὶ λόγων ὧδε πολλῶ δεῖ τῶν ἴσων ἐκείνῃ τυχοῦσα, τοσαύτην ἴσχυν ἔχει καὶ δύναμιν, ὥστε 12 περιεῖναι πάντων τῶν ἐκείνης ἔργων καὶ πράξεων· ἐνθυμεμένοις, ὅτι καὶ αἱ περὶ τῶν ἄλλων τεχνῶν, ὅσαι διαφόρους ὕλας λαμβάνουσαι, συμφορητὸν ἐκ τέτων ποιοῦσι τὸ τέλος, ὡς Οἰκοδομική τε καὶ Τεκτονική, καὶ Ποικιλτική, καὶ ὅσαι ταῖς τοιαύταις εἰσὶν ἐμφενεῖς, 13 αἱ συνθετικαὶ δυνάμεις, τῇ μὲ τάξει δευτέραι τῶν ἐκλεκτικῶν εἰσι, τῇ δὲ δυνάμει πρότεραι. ὥστ' εἰ καὶ τῷ λόγῳ τὸ αὐτὸ συμβέβηκεν, ἐκ ἄτοπον ἡγητέον. Οὐδὲν δὲ κωλύει καὶ πίστεις παρασχεῖν τῶ προκειμένῳ, μήτι δόξωμεν ἐξ ἑτοίμε λαμβάνειν τῶν ἀμφισβήτησιν ἐχόντων λόγων.

ΤΜΗΜΑ

9 Ἔστι δὴ τῆς.] Cicero de Orat. lib. 3. cap. 43. *Sequitur continuatio verborum, quae duas res maximè, collocationem primùm, deinde modum quendam, formamque desiderat. Collocationis est componere, & struere verba sic, ut neve asper eorum concursus, neve hiulcus sit, sed quodam modo coagmentatus, & lævis:* & quæ sequuntur.

10 Λεκτικὸν τόπον.] De τόπῳ nomine

vocantur, constituit; ex quibus absoluta omnis perficitur oratio.

Est autem collocationis, aptissimè inter se verba componere, propriam membris tribuere harmoniam, suisque adeò periodis totam orationem distinguere. Et quanquam hæc sit pars posterior, si præceptionum, quæ ad Locum elocutionis pertinent, ordinem consideres, (præit enim Verborum delectus, ac illius est naturâ fundamentum,) voluptatem tamen, & suadam, & vim in dicendo, delectu longè præstantiorem obtinet. Nec verò id cuiquam mirum videatur, si, cum de vocabulis seligendis multa fuerint tradita et gravia præcepta, quâ de re tam philosophi, quàm rhetores scripserunt plurima, Compositio locum ordine posteriorem sortita, nec pares illi (multum enim abest) consecuta sermones, tantam vim tamen potestatemque habeat, ut omnia illius opera immanè quantum superet & vincat: secum modò consideret, quod & in aliis artibus, quæ diversam multiplicemque materiem recipiunt, & collatum inde finem constituunt, (veluti domuum struendarum peritia, & ars fabrilis, & illa acu pingendi, ac si quæ aliæ sunt ejusmodi) istæ facultates componendi ordine posteriores sint iis, quæ in delectu consistunt, virtute verò priores. Id quod orationi si contigerit, minimè absurdum est putandum. Nihil verò impedit, quò minus fidem propositæ rei adstruamus; ne temerè quicquam, quod in disceptationem cadat, pro manifesto sumere videamur.

SECTIO

mine dictum superius, Sect. 1. Not. 10. *Sylburg.*

[11] Καὶ περιφέρεσθαι.] Ideo dixit Cæsar, *Verborum delectum originem esse eloquentiæ.* Cic. de claris Orat.

[12] Περιεῖναι.] Quo sensu Homerus sæpissimè: Iliad. ά. ψ 258. Οἳ περὶ μὲν βουλῇ Δαναῶν, περὶ δ' ἐστὶ μάχεσθαι.

[13] Αἱ ζυνθέσεις.] Articulus αἱ ελλειπάζει, perspicuitatis gratiâ: nam superius dixerat, αἱ περὶ τὸν ἄλλον τεῦχος.

[1] Ἀπ-

ΤΜΗΜΑ γ'.

Λέξεως γένη· καὶ ποία ἡ τῆς Συνθέσεως δύναμις.

ΕΣΤΙ τοίνυν πᾶσα λέξις, ἢ σημαίνομεν τὰς νοήσεις, ἢ μὲ ἔμμετρος, ἢ δὲ ἄμετρος· ὧν ἑκατέρα, καλῆς μὲ ἁρμονίας τυχοῦσα, καλὸν οἵά τ' ἐστὶ ποιεῖν τὸ μέτρον καὶ τὸ λόγον· [1] ἀνεπισκάτως δὲ καὶ ὡς ἔτυχε ῥιπτομένη, προσαπόλλυσι καὶ τὸ ἐν τῇ διανοίᾳ χρήσιμον. [2] Πολλοὶ γὲν ποιηταὶ καὶ συγγραφεῖς, φιλόσοφοί τε καὶ ῥήτορες, λέξεις πάνυ καλὰς καὶ πρεπούσας τοῖς ὑποκειμένοις ἐκλέξαντες ἐπιμελῶς, ἁρμονίαν δὲ αὐταῖς περιθέντες εἰκαίαν τινὰ καὶ ἄμουσον, οὐδὲν χρηστὸν ἀπέλαυσαν ἐκείνῳ τῷ πόνῳ. ἕτεροι δὲ, εὐκαταφρόνητα καὶ ταπεινὰ λαβόντες ὀνόματα, συνθέντες δὲ αὐτὰ ἡδέως καὶ περιττῶς, πολλὴν τὴν [3] Ἀφροδίτην τῷ λόγῳ περιέθηκαν. Καὶ σχεδὸν ἀνάλογόν τι πεπονθέναι δόξειεν ἂν ἡ σύνθεσις πρὸς τὴν ἐκλογὴν, ὃ πάσχει τὰ ὀνόματα πρὸς τὰ νοήματα. ὥσπερ γὰρ οὐδὲν ὄφελος διανοίας ἐστὶ χρηστῆς, εἰ μή τις αὐτῇ κόσμον [4] ἀποδώσει καλῆς ὀνομασίας, οὕτω καὶ ταῦθ'

[1] Ἀνεπισκάτως.] Suidas, ἄνευ ἐπισασίας: cujus rei hoc profert exemplum, tacito auctore: οὐκ ἄξιον ἀνεπισκάτως παραδραμεῖν περὶ τῶν τοιούτων. Sed et Longinus eâdem voce usus est Sect. 33. παροξύμαλα δι' ἀμέλειαν εἰκῇ πως, καὶ ὡς ἔτυχεν, ὑπὸ μεγαλοφυΐας ἀνεπισκάτως παρεσπασμένα. Ita & Polybius lib. pri. Μηδ' ἐᾶσαι παρελθεῖν ἀνεπισκάτως τὸ κάλλιστον ἅμα καὶ ὠφελιμώτατον ἐπιδίδευμα τῆς τύχης.

[2] Πολλοὶ γὲν.] Hunc locum, ut notat Tollius, tantum non αὐτολεξεῖ descripsit Longinus Sect. 39. Ἀλλὰ μὴν, ὅτι τε πολλοὶ καὶ συγγραφέων καὶ ποιητῶν, ἐκ ὕλης ὑψηλοὶ φύσει, μήποτε δὲ καὶ ἀμιγέθεις, ὅμως κοινοῖς καὶ δημώδεσι τοῖς ὀνόμασι, καὶ ἐδὲν ἐπαλομένοις περιττὸν, ὡς τὰ πολλὰ συγχεώμενοι, διὰ μόνης τῆς ζυνθείνει καὶ ἁρμόσαι ταῦτα, ὅμως ὅσον καὶ διάστημα, καὶ τὸ μὴ ταπεινοὶ δοκεῖν εἶναι, περιεβάλοντο, (καθάπερ ἄλλοι τε πολλοὶ, καὶ Φίλιστος, Ἀρισοφάνης τε ἔν τισιν, ἐν δὲ τοῖς πλείστοις Εὐριπίδης) ἱκανῶς ἡμῖν δεδήλωται.

[3] Ἀφρο-

Digitized by Google

SECTIO III.

Dictionis genera: & quæ compositionis potestas.

EST igitur omnis dictio, quâ sensa animi significamus, aut numeris ligata, aut soluta & prosaica: quarum utraque, si pulcram fuerit consecuta juncturam, fieri nequit, quin pulcrum etiam efficiat & carmen & orationem: quod si nullo adhibito studio temerè projiciatur, etiam ea quæ animo præclarè sunt cogitata, corrumpit. Multi sanè poetæ, multi rerum scriptores, philosophi item & rhetores, cum verba summo studio & pulcra, & argumento accommoda selegissent, temerariam verò & insulsam iis compositionem adjungerent, nullam prorsus ex tanto labore frugem percepere. Alii autem, cùm vocabula usurparent abjecta & humilia, collocatione tamen ea adornarent jucunda & eleganti, multam Venerem suæ imposuerunt orationi. Et quidem eandem ferè rationem videtur habere Collocatio cum Delectu, quam habent verba ipsa cum rebus cogitatis. Nulla enim sicuti est utilitas præclaræ cogitationis, nisi locutionis etiam

3 Ἀφροδίτην.] Lucianus ad finem Scythæ: Τοσαύτην Ἀφροδίτην ἐπὶ τῇ γλώττῃ ὁ νεανίσκος ἔχει. Est autem Translatio non invenusta. Sic Horat. in Arte, *Ordinis hæc virtus erit, & Venus.* quâ usus est figurâ Halicarn. in Περὶ τῆς Δημοσθένους δεινότητος· Oratio ibi Demosthenis ob secretam numerorum suavitatem, Sirenibus ab Æschine comparatur: ὥστε κ᾽ τῶν φανερῶν αὐτὸν ἀδικημάτων ἀφεῖναι διὰ τὰς Σειρῆνας τὰς ἐπὶ τῆς ἀρμονίας. Nec pulcherrimus iste versus Euripidis omittendus est in *Phœnissis*:

Ἔχουσιν Ἀφροδίτην τὴν ἡδεῖαν θεόν.

Hæc autem translata, ait Cicero, tanquam stellæ quædam, notant, & illuminant orationem.

4 Ἀποδώσει.] In vulgatis exemplaribus legitur ἀποδώσῃ; itidemque paulo post πειθώσῃ; duplici errore, etymologico & syntactico. Tu si indicativi modi verba nolis, optativè legere poteris, ἀποδῴη & πειθοίη. Sequenti etiam versu perperam in iisdem exemplaribus nominandi casu scriptum πρᾶγος. *Sylburg.* †Ἀποδώσει & mox πρᾶγμα, Reg. 2. & Colb. μᾶλιστα μὲν, ἵνα πρᾶγμα τὶ γένηται. Isocrates Orat. Panegyr.

C 5 Φασίν.]

ταῦθ' ὑδέν ἐστι πρόῤῥησις, λέξιν εὑρεῖν καθαρὰν καὶ καλιῤῥήμονα, εἰ μὴ καὶ κόσμον αὐτῇ τῆς ἁρμονίας τ' προσηκοντα περιθήσει.

Ἵνα δὲ μὴ δόξω, [5] φασὶν, ἀναπόδεικτα λέγειν, ἐξ ὧν ἐπείσθην κρεῖττον εἶναι καὶ τελειότερον ἄσκημα τῆς Ἐκλογῆς [6] τὴν Σύνθεσιν, ἔργῳ πειράσομαι δεικνύναι, ἐμμέτρων τε καὶ πεζῶν λόγων ἀπαρχὰς ὀλίγας προχειρισάμενος. λαμβανέσθω δὲ ποιητῶν μὲν Ὁμηρος συγγραφέων δὲ, Ἡρόδοτος. ἀπόχρη γὰρ ἐκ τούτων καὶ περὶ τῶν ἄλλων εἰκάσαι. Ἔστι δὴ παρ' Ὁμήρῳ μὲν ὁ παρὰ τῷ Συβώτῃ καλαγόμενος Ὀδυσσεὺς, περὶ τὴν ἑωθινὴν ὥραν [7] ἀκραλίζεσθαι μέλλων, ὡς τοῖς παλαιοῖς ἔθος ἦν· ἔπειτα ὁ Τηλέμαχος αὐτοῖς ἐπιφαινόμενος ἐκ τῆς εἰς Πελοπόννησον ἀποδημίας. [8] Πραγμάτια λιτὰ καὶ βιωτικὰ ἡρμηνευμένα ὑπέρευ. ᾗ δέ ἐστιν ἡ τῆς ἑρμηνείας ἀρετὴ, τὰ ποιήματα δηλώσει παραληφθέντα αὐτά.

" [9] Τῷδ' αὖτ' ἐν κλισίῃς, Ὀδυσεὺς καὶ [10] δῖος ὑφορβὸς,
" Ἐνδύνοντο ἄριστον ἅμ' ἠοῖ, [11] κιαμένῳ πῦρ,
" Ἐκπεμψάν τε νομῆας ἅμ' ἀγρομένοισι σύεσσι.
" Τηλέμαχον δὲ περίσσαιον κύνες ὑλακόμωροι,
" Οὐδ' ὕλαον προσιόντα. νόησε δὲ δῖος Ὀδυσσεὺς
" Σαίνοντάς τε κύνας, [12] ὑπὸ δὲ κλόπος ἦλθε ποδοῖιν.

" Αἶψα

[5] Φασίν.] Wolfius pro φασὶν, legit ὥς φασιν. *Idem.*

[6] Τὴν Σύνθεσιν.] Τὴν θέσιν. Colb.

[7] Ἀκραλίζεσθαι.] Ἀκραλίζω, ait Suidas, idem est atque ἀκραῖον οἶνον, & ἀκραλισμὸς, τὸ πρωΐνον ἔμβρωμα. Quod tempore matutino panem mero imbutum, ad vires corroborandas solebant fumere. Theocriti quoque Scholiastes annotat, ἀκραλισμὸν esse, quum πρωΐας ἔτι ὔσης ὀλίγον τινὰ ἐσθίομεν ἄκρατον, καὶ ἄκραῖον οἶνον πίνομεν, ut pares oneri ferendo fimus. Idyll, 1. περὶν ἢ ἀκρήτιστον ἐπὶ ξηροῖσι καθίξοι.

[8] Πραγμάτια.] Horat. in Arte, *Tantum series, junctura pollet, Tantum de medio sumptis accedit honoris.*
Est sanè in tenui labor, at, quæ inde provenit, si curam feliciter adhibueris, non tenuis est gloria.

[9] Τῷδ' αὖτ'.] Ita Virgilius pari cum elegantiâ & jucunditate, agricolarum opera, per se & tenuia

etiam puleræ addideris ornamentum; ita hâc in re parum intereſt, pura excogitare & venuſta vocabula, niſi aptus iis compoſitionis ornatus imponatur.

Sed ne cuiquam, quod aiunt, ea quæ nondum ſint demonſtrata, videar dicere; quibus rationibus inductus ſim affirmare, verborum compoſitionem delectu præſtantius eſſe & perfectius ſtudium, re ipsâ conabor oſtendere; cùm pauca prius tam ex ligatâ, quàm ſolutâ oratione, excerpta delibavero. Ex poetis Homerus, ex hiſtoricis aſſumatur Herodotus: nam ex his licebit de cæteris etiam conjecturam facere. Apud Homerum à ſubulco Ulyſſes matutino tempore deducitur jentaturus, ut priſcis erat hominibus in uſu: quibus deinde inopinato ſupervenit Telemachus, ex illâ reverſus, quam in Peloponneſum ſuſceperat, peregrinatione. Res perquam tenues, & quæ ad vitam communem pertinent, ſed egregiè admodum enarratæ. In quo autem ſit hæc virtus elocutionis ſita, verſus propoſiti indicabunt.

" *Jam verò in ſtabulis, ad lumina prima, ſubulcus*
" *Et Laertiades, cœnam accenſo igne parabant;*
" *Compulſaſque ſues tecto eduxêre magiſtri.*
" *Telemachum ecce! canes agnoſcunt murmure læto,*
scriptor sanè fabulosus, Xenophonti æqualis. de quo insigne est Is. Vossii commentum, hunc scilicet *non aliunde quàm ex Judæorum Babylone & inter Persas viventium tapetibus, pleraque ipsæ Indica hausisse portenta.* Credat Judæus Apella. Sed Photii verba, ut qualis fuerit hujus scriptoris elocutio innotescat, adscribam. Ἔστι δὲ ὅτε ὁ συγγραφεὺς ζαφής τε καὶ ἀφελὴς λίαν, διὸ καὶ ἡδονῇ αὐτῷ ζύγκεται ἐστιν ὁ λόγος. Κέχρηται δὲ τῇ Ἰωνικῇ διαλέκτῳ, εἰ καὶ μὴ δι' ὅλου, καθάπερ Ἡρόδοτος, ἀλλὰ καί' ἰνίας τινὰς λέξεις.

[6] Ξενο-

ΤΜΗΜΑ ιά.

Ἡδεῖαν καὶ καλὴν τὴν λέξιν τίνα ποιεῖ.

Ἐξ ὧν δὲ οἶομαι γενήσεσθαι λέξιν ἡδεῖαν καὶ καλὴν, τέτταρά ἐστι τὰ κυριώτατα ταῦτα καὶ κράτιστα, Μέλος, καὶ Ῥυθμὸς, καὶ Μεταβολὴ, καὶ τὸ παρακολυθεῖν τοῖς τρισὶ τύτοις Πρέπον. τάττω δὲ ὑπὸ μὲν τὴν Ἡδονὴν, τὴν ὥραν, καὶ τὴν χάριν, καὶ τὴν εὐτομίαν, καὶ τὴν γλυκύτητα, [1] καὶ τὸ πιθανὸν, καὶ παίγνια τὰ τοιαῦτα· ὑπὸ δὲ τὸ Καλὸν, τὴν μεγαλοπρέπειαν, καὶ τὸ βάρος, καὶ τὴν σεμνολογίαν, καὶ τὸ ἀξίωμα, καὶ τὸ πιθανὸν, καὶ τὰ τύτοις ὅμοια. Ταῦτα γάρ μοι δοκεῖ κυριώτατα εἶναι, καὶ ὥσπερεὶ κεφάλαια τῶν ἄλλων ἐν ἑκάστῳ. Ὧν μὲν ἔν τοχάζονται παίγνες οἱ σπευδῆ γράφοντες μέτρον, ἢ μέλος, ἢ τὴν λεγομένην [2] περῳδὴν λέξιν, ταῦτ' ἐστὶ καὶ ἐκ οἶδα εἴ τι παρὰ ταῦθ' ἕτερον.

[1] Καὶ τὸ πιθανὸν.] Comma istud, καὶ τὸ πιθανὸν, Wolfius in suo libro lineis inclusit; forsan quod ei superfluum videretur. Sylburg. † Mox etiam τήντε μεγαλοπρέπειαν, pro τὴν, Reg. 1. & Colb.

[2] Περῳδὴν λέξιν.] Hanc vocem περῳδὴν nulla dubitatione in contextum

Digitized by Google

maximâ quidem jucunditate, non tamen eâ, quâ oportuerit, pulcritudine. Hæc quæ dico, in communi velim, non universim, accipiantur: siquidem non pauca in istis scriptoribus & suavi, & in his pulcrâ compositione constructa possint inveniri. At Herodoti dictio utrasque has continet virtutes: est enim & jucunda, & pulcra.

[a] Ξενοφῶν.] Grylli filius, Athenienſis, non multum abſimilis eſt Cæſari: uterque enim purus eſt, & elegans, ac cum lenitate quâdam fluit: ſed hoc differunt, quod Cæſar gravior aliquanto, Xenophon ſuavior eſt. Quippe ſcriptor hic adeò eſt dulcis, ut Gratiæ ejus ſermonem finxiſſe videantur, quemadmodum Fabius ſcribit. Imo Tullius ipſe in Orat. ait, ſermonem eſſe ei melle dulciorem, Muſaſque ore ejus locutas videri: ac propter hanc ſuavitatem *Muſa Attica* dicebatur. *G. Voſſius.*

[7] Ἡ δὲ Ἡροδότου.] Idem omnes de Herodoto; ſed Dionyſius populari ſuo nonnihil videtur favere.

SECTIO XI.

Quæ ſuavem ſimul, & pulcram orationem conſtituant.

SUNT autem quatuor, ut arbitror, quæ plurimum conducunt, & præcipuam poteſtatem habent, ad orationem & jucundam & pulcram conſtituendam, *Modulatio*, *Numerus*, *Mutatio*, &, hæc tria quod conſequitur, *Decorum*. Sub Voluptate venuſtatem pono, gratiam, ſtylum uberem, ſuavitatem, facultatemque perſuadendi, & cætera iſtiuſmodi: Sub Pulcritudine, magnificum illud dicendi genus, grave, & ſeverum, dignitate ac ſuadelâ plenum, & quæ his ſimilia. Hæc enim mihi videntur eſſe validiſſima, atque cæterorum quodammodo capita, in utroque genere: Atque adeò ea ſunt, quæ ſibi omnes habent deſtinata, quicunque carmina, verſus lyricos, vel ſolutam ſeriò conſcribunt orationem: nec ſcio equidem

textum, auctoritate inductus duorum codicum Reg. 1. & Colb. inſerui; quam et ſenſus & Structura videntur poſtulare. Paulò infrà iidem libri κατ' ἴκαστον.

Digitized by Google

ἕτερον. Οἱ δὲ πρωτεύσαντες ἐν ἑκατέρῳ τε καὶ ἐν ἀμφοτέροις πολλοί τε καὶ ἀγαθοὶ ἄνδρες. παραδείγματα δὲ ἀμφοῖν καθ' ἑκάστας φέρειν ἐν τῷ παρόντι οὐκ ἐχωρεῖ, ἵνα μὴ περὶ ταῦτα καταρίψω τὸν λόγον· καὶ ἅμα εἴ τι λεχθῆναι περί τινων αὐτῶν καθῆκει, καὶ δείσει τις μαρτυριῶν, ἕτερος αὐτοῖς ἔσται καιρὸς ἐπιτηδειότερος, ὅταν τὰς χαρακτῆρας τῶν ἁρμονιῶν ὑπογράφω. νῦν δὲ ταῦτα εἰρῆσθαι περὶ αὐτῶν ἀπόχρη. Ἐπάνειμι δὲ πάλιν ἐπὶ τὰς διαιρέσεις, ἃς ἐποιησάμην, τῆς θ' ἡδείας συνθέσεως καὶ τῆς καλῆς, [3] ἵνα μοι καθ' ὁδόν, ὥς φασι, χωρῇ ὁ λόγος.

Ἄκοαῖς ἡδία τίνα.

Ἔφην δὲ τὴν ἀκοὴν ἥδεσθαι [4] πρώτοις μὲ τοῖς μέλεσιν, ἔπειτα τοῖς ῥυθμοῖς, τρίτον ταῖς μελῳδίαις· ἐπὶ δὲ τούτοις ἅπασι, τῷ πρέποντι. ὅτι δὲ ἀληθῆ λέγω, τὴν πεῖραν αὐτὴν παρέξομαι μάρτυρα, ἣν ἔχ οἷόν τε διαβάλλειν τοῖς κοινοῖς πάθεσιν ὁμολογουμένην. τίς γάρ ἐστιν, ὃς ἔχ ὑπὸ μὲ ταύτης τῆς μελῳδίας ἄγεται καὶ γοητεύεται, ὑφ' ἑτέρας δέ τινος ἥδιον πάσχει τοιοῦτον; καὶ ὑπὸ μὲ τούτων τῶν ῥυθμῶν οἰκειοῦται, ὑπὸ δὲ τούτων διοχλεῖται; Ἤδη δ' ἔγωγε καὶ ἐν τοῖς πολυανθρωποτάτοις θεάτροις, ἃ συμπληροῖ [5] πανδοδαπὸς καὶ ἄμυστος ὄχλος, ἔδοξα καταμαθεῖν, ὡς φυσική τις ἔστιν ἁπάντων ἡμῶν οἰκειότης πρὸς εὐμέλειάν τε καὶ εὐρυθμίαν· κιθαριστήν τε ἀγαθὸν σφόδρα εὐδοκιμοῦντα ἰδὼν θορυβηθέντα ὑπὸ τοῦ πλήθους, ὅτι μίαν χορδὴν ἀσύμφωνον ἔκρουσε, καὶ ἔφθειρε τὸ μέλος· καὶ αὐλητὴν [6] καλὰ τῆς ἄκρας ἕξεως χρώμενον τοῖς ὀργάνοις, καὶ αὐτὸ τοῦτο παθόντα, ὅτι ἀσυμφώνως ἐμπνεύσας, ἢ μὴ πιέσας τὸ στόμα, θρυλισμὸν

[3] Ἵνα μοι καθ' ὁδόν.] Cicero de Finibus: *Non quò ignorare vos arbitror, sed ut ratione et viâ procedat oratio.*

[4] Πρώτοις.] Haud scio, an πρῶτον legendum sit, cùm ἔπειτα mox sequatur, ac deinde τρίτον.

[5] Πανδοδαπός.] Quâ de re ita Horatius in *Arte*:

Indoctus quid enim saperet, liberque laborum
Rusticus, urbano confusus, turpis honesto?

Sed hanc nimiam spectatorum elegantiam, ne dicam fastidium, tangit quoque Cicero in Orat. Quotus

equidem, an aliud præterea quidpiam reſtet. Multi autem ſunt ac præſtantiſſimi viri, qui & in ſingulis, & utroque egregiè primas meruerunt. Exempla verò utrorumque ſigillatim in præſentiâ afferre, non hujus eſt loci, nè his diutiùs immorantes, tempore abuti videamur; tum ſi quid fortè de iis dicendum, allatiſque opus fuerit teſtimoniis, aliud erit tempus aptius, cùm formas ſtructuræ, dicendique characteras aggrediar delineare: nunc verò de iis hæc ſufficiat dixiſſe. Redeo jam ad diviſionem illam à me antè conſtitutam de jucundâ compoſitione & pulcrâ, ut curſu mihi, quod dicitur, rectiori procedat oratio.

Quæ auribus jucunda.

Dixi itaque oblectari aures noſtras, primùm modulatione, deinde numeris, tertiò permutationibus, ac præcipuè ſupra hæc omnia, decoro. Vera autem me hæc dicere, ipſa teſtis erit experientia, quam arguere poteſt nemo, ut communibus animorum affectibus temerè aſſentientem. Quis enim eſt, qui non ab hoc cantu ducitur, & quâdam demulcetur faſcinatione, ab alio autem nihil tale perſentit? qui numeris hiſce non lenitur, illis turbatus offenditur? Quin egomet in frequentiſſimis etiam theatris, quæ confuſa hominum multitudo, & turba occupat incondita, mihi videbar obſervare, naturalem quandam nobis omnibus ineſſe familiaritatem ad percipiendos concentus & numerorum concinnitates. vidi enim citharœdum optimum, ac magnæ propter artem exiſtimationis, exſibilari à plebe, quòd unam ſolummodo chordam, concentu inde vitiato, diſſonam pepulerat; necnon tibicinem, qui ſummâ perfectione inſtrumentis uteretur, idem quoque paſſum, quòd tibiis minùs eleganter inflatis, aut oris ſpiritu non ſatis

Quotus quiſque eſt, qui tentet artem numerorum, ac modorum? At in his ſi paulum modò offenſum eſt, ut aut contractione brevius fieret, aut productione longius, theatra tota reclamant. Idem in Paradoxis: *Hiſtrio ſi paulum ſe movit extra numerum, aut ſi verſus pronuntiatus eſt ſyllabâ unâ brevior, aut longior, exſibilatur & exploditur.* Scilicet ut idem ſcribit ad finem lib. primi de Oratore: *A quibus nihil præter voluptatem aurium quæritur, in iis offenditur, ſimul atque imminuitur aliquid de voluptate.*

ὁ Καλὰ τῆς ἀκρὰς.] Nota hîc καλὰ in ſignificatione τῦ μέλα. *Sylburg.* † Sequenti etiam verſu ἀσυμ-

θρυλίσμὸν ἢ τὴν καλυμένην ἐκμέλειαν ἤνεγκε. Καίτοι εἴ τις κελεύσειε τὴν ἰδιώτην τούτων τὶ ὧν ἐνεκάλει τοῖς τεχνίταις ὡς ἠμαρτημένων, αὐτὸν ποιῆσαι λαβόντα τὰ " ὄργανα, ἐκ ἂν δύναιτο. Τί δήποτε; ὅτι τοῦτο μὲ " [7] ἐπιστήμης ἐστὶν, ἧς ἐ πάντες μετειλήφαμεν· ἐκεῖνο δὲ, " πάθους, ὃ πᾶσιν ἀπέδωκεν ἡ Φύσις.

[8] Τὸ δὲ αὐτὸ κὴ ἐπὶ τῶν ῥυθμῶν γινόμενον. ἐθεασάμην ἅμα πάντας ἀλογακήτους κὴ δυσαρεστημένους, ὅτε τὶς ἢ κρούσιν ἢ κίνησιν ἢ φωνὴν ἐν ἀσυμμέτροις ποιήσαιτο χρόνοις, κὴ τὰς ῥυθμὰς ἀφανίσειεν. Καὶ οὐχὶ τὰ μὲ εὐμελῆ κὴ εὔρυθμα ἡδονῆς μεστά ἐστι, κὴ πάντες ὑπ' αὐτῶν κηλέμεθα· αἱ μεταβολαὶ δὲ, κὴ τὸ πρέπον, οὐκ ἔχουσι τὴν αὐτὴν ὥραν κὴ χάριν, οὐδ' ὑπὸ πάντων ὁμοίως [9] διακούονται. ἀλλὰ κἀκεῖνα πάνυ κηλεῖ πάντας ἡμᾶς καλορθούμενα, κὴ εἰς πολλὴν ὄχλησιν ἄγει ἁμαρτανόμενα. τίς γὰρ ἐκ ἂν ὁμολογήσειε; Τεκμαίρομαι δὲ, ὅτι κὴ τῆς ὀργανικῆς μούσης, κὴ τῆς ἐν ᾠδαῖς γοητείας, κὴ τῆς ἐν ὀρχήσει χάριτος ἐν ἅπασι διευσοχούσης, μεταβολὰς δὲ μὴ ποιησαμένης εὐκαίρους, ἢ τοῦ πρέποντος ἀποπλανηθείσης, βαρὺς μὲ ὁ κόρος, ἀηδὲς δὲ τὸ μὴ τοῖς ὑποκειμένοις ἁρμόττον ἐφάνη. Καὶ οὐκ ἀλλοτρίᾳ κέχρημαι τοῦ πράγματος εἰκόνι. μουσικὴ γάρ τις ἦν κὴ ἡ τῶν πολιτικῶν λόγων ἐπιστήμη, [10] τῷ ποσῷ διαλλάττουσα τῆς ἐν ᾠδαῖς κὴ ὀργάνοις, οὐχὶ τῷ ποιῷ. Καὶ γὰρ ἐν ταύτῃ κὴ μέλος ἔχουσιν αἱ λέξεις, κὴ ῥυθμὸν, κὴ μεταβολὴν, κὴ πρέπον. ὥστε κὴ

ἀσύμφωνον, ut paulò ſuprà, habet codex Colb.

7 Ἐπιστήμης] Appoſitè Ovidius in Epiſt. ad Brutum, *lib.* 3. de Ponto.

Non eadem ratio eſt ſentire, & demere morbos:
Senſus ineſt cunctis; tollitur arte malum.

Cicero etiam in tertio de Oratore: *Mirabile eſt, cùm plurimum in faciendo interſit inter doctum & rudem, quàm non multum differat in judicando.*

8 Τὸ δὲ αὐτό.] Hic nominativus abſolutè poni videtur; vel poſt γινόμενον verbum ἐστὶ ſubauditur. Cujuſmodi ſententia paulò infrà occurrit, pag. 78. Τὸ δὲ αὐτὸ γίνεσθαι κὴ περὶ τὰς ῥυθμούς. nos autem, commate poſt γινόμενον ſublato, punctum repoſuimus.

9 Διακ-

ſatis compreſſo, extra numerum, ut dicitur, diſcordem ſibilum accinerat: quanquam aliquem ex multitudine imperitum ſi quis juberet, ut, quod in ſummis artificibus peccatum argueret, ipſe idem ſumptis inſtrumentis tentaret, nequaquam " poterit præſtare. Quid ita tandem? quia hoc eſt ſcientiæ, " cujus omnes participes non ſumus; illúd verò affectûs, quem " omnibus natura indidit.

Quod idem numeris etiam accidit. vidi unà omnes in theatris indignari, omnes ægrè ferre, cùm pulſum aliquis, aut motum, aut vocem ſuo indiſtinctam ediderat intervallo, numeroſque obſcurârat. Quæ igitur aptâ ſunt modulatione & numero compoſita, non poſſunt non eſſe jucundiſſima, & noſmet iis quàm plurimùm oblectari: ſed tamen mutationes, & decorum fortaſſe parem non habent venuſtatem & gratiam, nec eodem animi affectu ab omnibus exaudiuntur. At verò hæc etiam rectè facta, magnâ nos omnes voluptate perfundunt: eadem, cum peccati aliquid erroriſve acciderit, in multam ſolent perturbationem conjicere: quod omnes fateantur neceſſe eſt. Hoc autem inde colligo, quod tam ex eâ quæ nervis intendatur musâ, quàm ex melicorum verſuum lenocinio, ſaltationiſque gratiâ, ſi tempeſtivis non utantur mutationibus, aut à decoro paululum aberraverint, etſi in aliis feliciter adminiſtrata, gravis tamen oritur ſatietas, nec minor etiam moleſtia, eò quòd ſubjectæ rei parum videantur congrua. Nec ſimilitudine à re uſus ſum alienâ. Eſt enim muſica quædam & civilium orationum ſcientia: differt autem ab eâ quæ ad cantum inſtrumentaque pertinet, quanti-

9 Διαχεῖσθαι.] Minùs recte, διοικεῖσθαι, Colb. & mox πάλιν Reg. 1. pro πάνυ. Omittunt adeò Reg. 1. & Colb. hanc ſententiam, Τίς γὰρ ἐκ ἂν ὁμολογήσειε;

10 Τῷ ποσῷ διαλλάττ.] Hanc rem fuſiùs explicat Ariſtoxenus; cujus verba è primo *Harmonic. Element.* adſcribam. Πρῶτον μὲν ἂν ἀκούσωμεν, τὴν τῆς φωνῆς κίνησιν διορισέον τῷ μέλλοντι παραμελήσεσθαι περὶ μέλους, αὐτὴν τὴν καλὰ τόπον. Οὐ γὰρ εἷς τρόπος αὐτῆς ἂν τυγχάνει. Κινεῖται μὲν γὰρ, καὶ διαλεγομένων ἡμῶν καὶ μελῳδούντων, τὴν εἰρημένην κίνησιν. ὀξὺ γὰρ καὶ βαρὺ δῆλον ὡς ἐν ἀμφοτέροις τούτοις ἐστίν. αὕτη δ' ἔστιν ἡ καλὰ τόπον, καθ' ἣν ὀξύ τε καὶ βαρὺ γίνεται. ἀλλ' ὁ ταὐτὸ εἶδος τῆς κινήσεως ἐκαλέσας ἐστίν.

11 Τὸ

καὶ ἐπὶ ταύτης ἡ ἀκοὴ τέρπεσθαι μὲ τοῖς μέλεσιν, ἄγεσθαι δὲ τοῖς ῥυθμοῖς, ἀσπάζεσθαι δὲ τὰς μεταβολάς, προθεῖ δ' ἐπὶ πάντων [11] τὸ οἰκεῖον. [12] ἡ δὲ διαλλαγὴ καθ' ὃ μᾶλλον καὶ ἧττον.

Διαλέκτῳ μὲ οὖν μέλος ἐνὶ μερεῖται διαστήμασι [13] τῷ λεγομένῳ Διὰ πέντε, ὡς ἔγγιστα· καὶ οὔτε ἐπιτείνεσθαι πέρα τῶν τριῶν τόνων καὶ ἡμιτονίου ἐπὶ τὸ ὀξύ, οὔτε ἀνίεσθαι τῇ χωρίς τούτου πλεῖον ἐπὶ τὸ βαρύ. ἢ μὴν ἅπασά γε ἡ λέξις, ἢ καθ' ἓν μόριον λόγου [14] τασσομένη, τῆς αὐτῆς λέγεσθαι τάσεως· ἀλλ' ἡ μὲ ἐπὶ τῆς ὀξείας, ἡ δὲ ἐπὶ τῆς βαρείας, ἢ δὲ ἐπ' ἀμφοῖν. τῶν δὲ ἀμφοτέρας τὰς τάσεις ἐχουσῶν αἱ μὲ, καθ' μίαν συλλαβὴν συνεφθαρμένον ἔχουσι τῷ ὀξεῖ τὸ βαρύ, ἃς δὴ περισπωμένας καλοῦμεν· αἱ δὲ, ἐν ἑτέρῳ τε καὶ ἑτέρῳ χωρὶς ἑκάτερον, ἐφ' ἑαυτῆς τὴν οἰκείαν φυλάττον φύσιν. καὶ ταῖς μὲ δισυλλάβοις ἐδέν τὸ διὰ μέσου χωρίον βαρύτητος καὶ ὀξύτητος· ταῖς δὲ πολυσυλλάβοις, δι' αἱ πολ' ἂν ὦσιν, ἡ τ' ὀξὺν τόνον ἔχουσα μία [15] ἐν πολλαῖς βαρείαις ἔνεστιν. Ἡ δὲ ὀργανικὴ τε καὶ ᾠδικὴ μοῦσα, [16] διαστήμασί τε χρῆται πλείοσιν, ἢ τῷ Διὰ πέντε μόνον, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ Διὰ πασῶν ἀρξαμένη, καὶ τὸ Διὰ πέντε μελῳδεῖ, καὶ τὸ Διὰ τεσσάρων, καὶ τὸ Διάτονον, καὶ τὸ Ἡμιόλιον, ὡς δέ τινες οἴονται, καὶ τὴν [17] Δίεσιν αἰσθητῶς

[11] Τὸ οἰκεῖον.] Τὸ περίπον, mutatâ voce.

[12] Ἡ δὲ διαλλαγή.] Verba hæc existimo in textum Dionysii aliunde irrepsisse. *Bircovius.* † Idem hoc loco aliis verbis tradit Dionysius, quod superiùs dixerat; τῷ ποσῷ διαλλάττουσα, οὐχὶ τῷ ποιῷ.

[13] Τῷ λεγομένῳ.] Τῶν λεγομένων codex Colb. Sed ex hoc loco observat Vossius, in *de Poematum cantu*; vocem in communi sermone ut plurimum intra *diapente* subsistere, ita ut neque plus tribus tonis cum dimidio intendatur, neque majori intervallo infra communem loquendi modum deprimatur. Idem etiam alio loco scribit, in cantu latiùs evagari tonos, quàm in recitatione, aut communi sermone, utpote in quo vitiosum habeatur, si vox ultra *diapente*, seu tres tonos & semitonium, acuatur.

[14] Τασσομένη ἐπὶ τῆς.] Hanc lacunam optimè supplevit editio Hudsoniana auctoritate codicum

Digitized by Google

quantitate ſolummodo, non qualitate. nam in hâc admittunt dictiones modulationem, numerum, mutationem, & decorum: ita ut ibi etiam concentu delectentur aures noſtræ, rapiantur numeris, varietatem amplectentur, atque id adeò præ aliis deſiderent, quod proprium eſt & naturale. fit autem differentia, ratione quantitatis intenſæ remiſſæve habitâ.

In communi ſermone vocis modulatio uno ut plurimum menſuratur intervallo, dicto *Diapente*: ita ut neque plus tribus tonis cum dimidio intendatur ad acutum, neque majori diſtantiâ ad gravem accentum deprimatur. Nec verò omnis dictio, quæ unâ ſcilicet orationis particulâ effertur, unâ eâdemque pronuntiatur intenſione; ſed alia acutâ, alia gravi, alia denique utrâque. Quæ verò utramque intenſionem admittunt, earum nonnullæ in unâ ſyllabâ commiſtum habent cum acuto gravem, qui vocantur accentus circumflexi; quædam alio atque alio loco ſeorſim utrumque habent, qui propriam per ſe poteſtatem conſervant. Et quidem in diſyllabis nullus in medio locus eſt aut gravi, aut acuto accentui, ſed in polyſyllabis, qualeſcunque tandem fuerint, una eſt inter multos graves, quæ acutum habet accentum. Quæ verò fidibus, & lyricorum inſtrumentis aptatur muſa, intervallis utitur pluribus, nec intra *Diapente* ſubſiſtit: ſed ſumpto à *Diapaſon* initio,

dicum Reg. 1. & Colb. Antea legebatur, τατλομένη ἐπὶ τῆς βαρείας, ἡ δὲ ἐπ' ἀμφοῖν, nullo planè ſenſu.

Ibid.] Ante ἐπὶ τῆς, inſerendum videtur ἡ μέν: vel pro ſequenti ἡ δὲ, reponenda disjunctiva ἢ *aut. Sylburg.*

15 Ἐν πολλαῖς βαρείαις.] Nam in omni ſyllabâ, ut loquuntur Grammatici, ubi nullus eſt accentus, gravis ſubintelligitur. Sed verſu præcedenti, εἰ μὴ πού ἀν ὦσιν, Reg. 1. & Colb.

16 Διαστήμασι.] Diſcrimen illud, quo alter φθόγγος acutior eſt, alter gravior, appellatur διάστημα. Eſt autem φθόγγος, vox ſimplex, & utcunque miſſa. Cenſorinus cap. x: conſule Macrobium in Somn. Scip. cap. 1, lib. 2. ubi fuſiùs hæc omnia explicantur. Vide & Ariſtoxenum lib. 1. Harmon. Element. ubi differentiam tradit inter φωνὴν ζυνεχῆ & διαστηματικήν.

17 Δίεσιν.] Quid δίεσις, quæ & λεῖμμα à Platone appellatur, docent muſici, & in primis Vitruvius lib. 5, cap. 4. τὸ ἐλάχιστον μέτρον τῶν ἐναρμονίων διαστημάτων. *Suidas.* 18 Σῖσα.]

Digitized by Google

σθηλῶς. Τάς τε λέξεις τοῖς μέλεσιν ὑποβάλλειν ἀξιοῖ, καὶ ἐκ τὰ μέλη ταῖς λέξεσιν, ὡς ἐξ ἄλλων τε πολλῶν δῆλον, καὶ μάλιστα τῶν Εὐριπίδου μελῶν, ἃ πεποίηκε τὴν Ἠλέκτραν λέγουσαν ἐν Ὀρέστῃ πρὸς τὸν χορόν·

" Σῖγα [18] σῖγα λευκὸν ἴχνος ἀρβύλης

" Τιθεῖτε, μὴ κλύπειτε.

" Ἀπὸ πρόβαλ' ἐκεῖσ', ἀπόπροθι κοίτας.

Ἐν γὰρ δὴ τούτοις, τὸ Σῖγα σῖγα λευκὸν, ἐφ' ἑνὸς φθόγγου μελῳδεῖται, καί τοι τῶν τριῶν λέξεων ἑκάστη βαρείας τε τάσεις ἔχει καὶ ὀξείας. Καὶ τὸ Ἀρβύλης, [19] ἐπὶ μέσης συλλαβῆς τὴν τρίτην ὁμότονον ἔχει, ἀμηχάνου ὄντος ἐν ὀλίγῳ δύο λαβεῖν ὀξείας. καὶ τῷ Τιθεῖτε, βαρυτέρα μὲν ἡ πρώτη γίνεται, δύο δὲ μετ' αὐτὴν ὀξύτονός τε καὶ ὁμόφωνος τῷ Κλυπεῖτε, ὁ περισπασμὸς ἠφάνισται. μιᾶς γὰρ αἱ δύο συλλαβαὶ λέγονται τάσει. καὶ τὸ, Ἀποπρόβαλε, ὃ λαμβάνει τὴν τῆς μέσης συλλαβῆς προσῳδίαν ὀξεῖαν, ἀλλ' ἐπὶ τὴν τελαυτὴν συλλαβὴν καταβέβηκεν ἡ τάσις τῆς τρίτης.

Τὸ δ' αὐτὸ γίνεται καὶ περὶ τὰς ῥυθμούς. Ἡ μὲν γὰρ πεζὴ λέξις ἄδηλός ἐστε ὀνόματος ἔτε ῥήματος βιάζεται τὰς

[18] Σῖγα.] In vulgatis Euripidis editionibus aliter leguntur hi verſus; ibi enim choro tribuuntur hi duo: Σίγα, σίγα, λευκὸν ἴχνος ἀρβύλης, Τιθεῖτε μὴ κλύπειτε, μηδ' ἔτω κλύπος: & Electræ hi, Ἀπὸ πρόβαλ' ἐκεῖσ', ἀπὸ πρό μοι κοίτας: quod adnotavit etiam Stephanus. Porro λευκὸν ἴχνος in Dionyſii exempl. dici videtur obſcurum veſtigium, & levi pede impreſſum: quia ſcilicet profundiora præ ſe ferunt aliquid nigredinis, ut omnia loca profundiora. at φωνὴν λευκὴν dici τὴν εὐήκοον, tradit in Organo Ariſtoteles pag. 286, & 287. *Sylburg.* Λευκὸν confirmat etiam MS. Bodl.

Ibid. Σῖγα.] Extat locus in Euripidis *Oreſte*, quem ita exhibet editio Barnefiana:

Χο. Σῖγα, σῖγα, λευκὸν ἴχνος ἀρβύλης

Τιθεῖτε, μὴ κλύπειτε, μηδ' ἔτω κλύπος.

Ηλ. Ἀπὸ πρόβαλ' ἐκεῖ —— σ', ἀπὸ πρό μοι κοίτας.

Cavet Electra, nè furiis Oreſtes agitatus è ſomnis excitetur; ita ut malè Electræ verba, quemadmodum docti adnotârunt, adſcribantur choro. Idem adeò ſentiebat, qui argumentum hujus fabulæ ſcripſit: Ἔστι δὲ ὑπονοῆσαι τοῦτο, ἐξ ὧν φησὶν Ἠλέκτρα τῷ

initio, per *Diapente* concinit, & *Diatessaron*, & extentum illud genus; *Diatonon* dictum, cum *Semitonio*, ac ipsam sensili etiam, ut quidam putant, *Diesin* discrimine. Dictiones præterea concentui submittendas postulat, non autem dictionibus concentum; quod cùm ex multis aliis apparet, tum præcipuè ex hoc Euripidis cantico, quo, fecit in *Oreste*, ut ad chorum uteretur Electra:

"*Tacitè, tacitè candidum soleæ vestigium*
"*Ponite, strepitum ne edite.*
"*Procul abite hinc, procul à lecto.*

Nam in his, Σῖγα σῖγα λευκὸν, uno vocis sono proferuntur; tres illæ licèt dictiones, suas unaquæque, tam acutas quàm graves habeant intensiones. Et vox Ἀρβύλης præterea, eundem & in mediâ & tertiâ syllabâ tonum habet: etsi fieri minimè potest, ut una dictio duos habeat acutos. Quin & vocabuli Τίθειτε, prima gravior est syllabæ; duæ autem quæ sequuntur, acutum habent accentum eundemque sonum: hujus denique Κτυπεῖτε, circumflexus obscuratur; unâ etenim syllabæ duæ extensione proferuntur: atque adeò vox Ἀποπρόβαλε, mediæ syllabæ acutum accentum non recipit, sed in quartam usque syllabam tertiæ rejicitur intensio.

Quod

τῷ χορῷ, Σίγα, σίγα, λιπλὸν ἴχνος ἀρβύλης. Sed pro κώπας, codex Regiæ Societatis habet πάχυς, testante eruditissimo *Joanne King*, qui nuperrimè tres fabulas Euripidis edidit; quod cum sequente Antistrophe melius videtur quadrare. Est autem σῖγα (licet aliter Sylburgius) idem cum σιγῇ accipe: cujus ultima corripitur, ut facilius ab imperat. σῖγα *tace*, distinguatur.

——Δμώεσσι δ' ἀρηΐα τεύχε' ἀείρειν
Πέφραδεν· οἱ δαὶ σῖγα καληφόρα εἴροντα.

Apollonius *Argon.* 1mo.

19 Ἐπὶ μίσῃ.] Rectiùs arbitror pro ἐπὶ, legatur ἔτι, *insuper*, *præterea*. Καὶ τὸ Ἀρβύλης ἔτι, μίσῃ.

20 Πιῷ λέξει.] Insigne testimonium. Nihil sanè apertiùs dici posset, contrà receptam apud nos accentuum rationem, eorumque usum. Est autem suus ex his etiam (seu iis potius, quos veteres adhibuerunt) Accentibus sermoni cantus, sed paucis opinor notus. Δίδαι γὰρ δὴ ἡ λογῳδὸς τι μέλος, τὸ συγκείμενον ἐκ τῶν προσῳδιῶν, τὸ ἐν τοῖς ὀνόμασι. φυσικὸν γὰρ τὸ ἐπιβάλλειν ἢ ἀνιέναι ἐν τῷ διαλέγεσθαι. Aristoxenus.

21 Πῇ

τὰς χρόνους, ἃ δὲ μεταλίθησιν· ἀλλ' οἵας παρείληφε τῇ φύσει τὰς συλλαβὰς, τάς τε μακρὰς καὶ τὰς βραχείας, τοιαύτας φυλάττει. ἡ δὲ ῥυθμικὴ καὶ μουσικὴ, μεταβάλλουσιν αὐτὰς μειοῦσαι καὶ αὔξουσαι, ὥστε πολλάκις εἰς τἀναντία μεταχωρεῖν. οὐ γὰρ ταῖς συλλαβαῖς ἀπευθύνουσι τοὺς χρόνους, ἀλλὰ τοῖς χρόνοις τὰς συλλαβάς.

Δεδειγμένης δὴ τῆς διαφορᾶς, ἣ διαφέρει μουσικὴ λογικῆς, λοιπὸν ἂν εἴη καὶκεῖνα λέγειν, ὅτι τὸ μὲν τῆς φωνῆς μέλος, λέγω δὲ οὐ τὸ ᾠδικῆς, ἀλλὰ τὸ ψιλῆς, κἂν ἡδέως διαλιθῇ τὴν ἀκοὴν, εὐμελὲς λέγοιτ' ἄν, ἀλλ' οὐκ ἐμμελές· ἡ δ' ἐν τοῖς χρόνοις τῶν μορίων συμμετριάζουσα τὸ μελικὸν σχῆμα, εὔρυθμος, ἀλλ' οὐκ ἔνρυθμος. [21] πῶς δὲ διαφέρουσιν ἀλλήλων, ταῦτα καὶ τὸν οἰκεῖον καιρὸν ἐρῶ. Νυνὶ δὲ τὰ κατὰ μέρος ἀποδεῖναι πειράσομαι, πῶς ἂν γένοιτο λέξις ποιητικὴ [22] παρὰ τὴν σύνθεσιν, ἡδύνουσα τὴν ἀκρόασιν, καὶ τὰ μέλη τῶν φθόγγων, καὶ τὰς συμμετρίας τῶν ῥυθμῶν, καὶ τὰς ποικιλίας τῶν μεταβολῶν, καὶ τὸ πρέπον τοῖς ὑποκειμένοις· ἐπειδὴ ταῦτα ὑπεθέμην τὰ κεφάλαια.

[21] Πῇ δὲ διαφέρουσιν.] Codex Colb. Πῇ δὲ διαφέρει ταῦτα, καὶ τὸν; nec sanè disiplicet. Sed hanc rem duabus postremis Sectionibus fusiùs tractat.

[22] Παρὰ

ΤΜΗΜΑ ιϚ'.

Ποιητικὴ λέξις πῶς τῇ συνθέσει τὴν ἀκρόασιν ἡδύνει.

ΟΥΧ [1] ἅπαντα πέφυκε τὰ μέρη τῆς λέξεως ὁμοίως διαλιθέναι τὴν ἀκοήν· ὥσπερ οὐδὲ τὴν ὁραϊκὴν αἴσθησιν

[1] Οὐχ ἅπαντα.] Conjunctionis ellipsis similis, suprà quoque notata est ad Sect. 2. Ἡ σύνθεσις ἐστι. Pro sequenti autem ὁμοίως, in Aldinâ editione spatium esse vacuum, propter tachygraphicum compendium à librariis ignoratum, adnotat Henricus Stephanus Schediasmatum libro 2. cap. 14. Idem de aliis tribus locis ibidem adnotat: quorum primus extat infrà, Sect. 14. δύναται,

Quod idem ſolet etiam numeris accidere. nam oratio ſoluta neque nominis neque verbi ullius tempora, vi illatâ, perturbat, vel loco movet: ſed & longas & breves ſyllabas, ſicuti à naturâ acceperit, eaſdem conſervat. Has verò rythmicorum & muſicorum ſcientia, minuendo augendoque immutat, ita ut ſæpiſſimè in contraria deventum ſit: etenim ſyllabis non exigit tempora, ſed temporibus ſyllabas.

Oſtenſo jam, quâ differt à ſermone communi Muſica, reſtat ea quoque à nobis ut dicantur; quòd vocis modulatio, (non quæ in cantu verſatur, dico, ſed quæ ad nudam ſolutamque orationem pertinet) etiamſi auribus noſtris ſe ſuaviter inſinuat, canora jure vocari poſſit, non autem cantus: quæ verò in partium orationis temporibus, habitâ proportione, ad menſuram verſuum lyricorum ſe exigit, numeroſa itidem, non tamen numeris adſtricta. Quænam verò ſit earum differentia, ſuo dicetur loco. Sed jam quæ ordine ſequuntur, ea mihi curæ erit exponere; quali nempe verborum compoſitione ita illuminetur oratoria dictio, ut ea tam vocum modulatione, quàm numerorum æquabilitate, variis adeò mutationibus, & decoro rei ſubjectæ accommodato, noſtris auribus jucundam afferat delectationem. Hæc enim capita mihi explicanda propoſui.

22 Παρὰ τὴν σύνθεσιν.] Παρ' αὐτὴν τὴν σύνθεσιν, Reg. 1. & Colb.

SECTIO XII.

Quâ compoſitione oratoria civiliſque dictio, audientiæ grata ſit & jucunda.

NON omnes à naturâ ſolent orationis partes eâdem ratione auditum afficere; ſicuti neque viſum ea omnia,

ναῖαι δὲ ἐκ ὁμοίως κινεῖν τὴν ἀκοὴν ἅπαντα. ſecundus, Sect. 15. πλὴν οὐχ ὁμοίως: tertius, Sect. 21. οὐχ ὁμοίως αὐτὰ συνῆθεμεν. Rurſum eandem edit. Ald. eo in loco qui ſuprà exſtat Sect. 6: Οὐ γὰρ δὴ πάντα γε μεῖα πάντων τιθέμενα, ὁμοίως πέφυκε διαλιθάνειν τὰς ἀκοάς: pro ὁμοίως, habere ὧν, per ejuſdem compendii ignorationem, adnotat ibidem idem Stephanus. *Sylburg.*

2 Τραχίσι

αἴσθησιν τὰ ὁραλὰ πάνλα, οὐδὲ τὴν γευσικὴν τὰ γευσὰ, οὐδὲ τὰς ἄλλας αἰσθήσεις τὰ κινῆνλα ἑκάσλην. ἀλλὰ καὶ γλυκαίνεσί τινες αὐτὴν ἤχοι, καὶ πικραίνεσι καὶ τραχύνεσι, καὶ λεαίνεσι, καὶ πολλὰ ἄλλα πάθη ποιῆσι περὶ αὐτήν. Αἰτία δὲ ἥτε τῶν γραμμάτων φύσις, ἐξ ὧν ἡ φωνὴ συνέσηκε, πολλὰς καὶ διαφόρὰς ἔχυσα δυνάμεις, καὶ ἡ τῶν συλλαβῶν πλοκὴ πανλοδαπῶς σχημαλιζομένη. Τοιαύτην δὴ δύναμιν ἐχόνλων τῶν τῆς λέξεως μορίων, ἐπειδὴ μελαθεῖναι τὴν ἑκάσλε φύσιν οὐχ οἷόν τε, λείπεσθαι τῇ μίξει καὶ κράσει καὶ παραθέσει συγκρύψαι τὴν παρακολεθοῦσαν αὐτῶν τισιν ἀτοπίαν, [2] τραχέσι λεῖα μίσγονλα, καὶ σκληροῖς μαλακὰ, καὶ κακοφώνοις εὔφωνα, καὶ δυσεκφόροις εὐπρόφορα, καὶ βραχέσι μακρὰ, καὶ τἆλλα τ' αὐτὸν τρόπον εὐκαίρως συνλιθένλα, καὶ μήτε ὀλιγοσύλλαβα πολλὰ ἑξῆς λαμβάνονλα· κόπλεσθαι γὰρ ἡ ἀκρόασις· μήτε πολυσύλλαβα πλείω τῶν ἱκανῶν, μηδὲ δὴ ὁμοιότονα παρ' ὁμοιοβόνοις, μηδ' ὁμοιόχρονα παρ' ὁμοιοχρόνοις. Χρὴ δὲ καὶ τὰς πλώσεις τῶν ὀνομαλικῶν ταχὺ [3] μελαλαμβάνειν· [4] μηκυνόμεναι γὰρ ἔξω τὸ μέλρον, πάνυ προσίσανλαι ταῖς ἀκοαῖς· καὶ τὴν ὁμοιότηλα διαλύειν, συνεχῶς ὀνομάτων τινῶν ἑξῆς τιθεμένων πολλῶν ῥημάτων, καὶ τῶν ἄλλων μερῶν, τ' κόρον [5] φυλαλόμενον· σχήμασί τε μὴ τοῖς αὐτοῖς [6] διαμένειν, ἀλλὰ θαμινὰ μελαβάλλειν, καὶ τρόπους μὴ τοὺς αὐτοὺς ἐπεισφέρειν, ἀλλὰ ποικίλλειν· μηδὲ δὴ ἄρχεσθαι πολλάκις ἀπὸ τῶν αὐτῶν, μηδὲ λήγειν εἰς τὰ αὐτὰ, ὑπερτείνονλα τ' ἑκάλερε καιρόν. Καὶ

[2] Τραχέσι λεῖα.] Fabius idem præcipit, lib. 9, cap. 4. *Miscendi sunt* pedes, *curandumque ut sint plures qui placeant, & circumfusi bonis deteriores lateant. Nec verò in literis syllabisque natura mutatur, sed refert, quæ cum quâ optimè coëat.*

[3] Μιλαλαμβάνειν.] *Corripere, Συναιρέσαι*, seu ἀλλάσσειν. Paulo post pro πολλῶν ῥημάτων, πολλῶν τε forsan legendum, commate post τιθεμένων posito: seu, ἑξῆς τιθεμένων πολλῶν, ῥημάτων τε, καὶ τῶν. Ita enim legenti omnia multo erunt clariora.

[4] Μηκυνόμεναι.] Quale istud poetæ Dithyrambici, Ἑρμοκαϊκόξανθε, ab Aristotele prolatum: ideoque illud Pacuvii reprehendit Fabius:

Nerei

Digitized by Google

nis, quæ adſpectu ſentiuntur; neque guſtandi facultatem, quæ guſtu percipi poſſunt; nec alios ſenſus, quæ ſingulos eorum movent. etenim ex ſonis alii deliniunt, alii etiam exacerbant aures noſtras, ſuâque aſperitate perſtringunt, alii molliunt, & varios omnino affectus excitant. Cujus rei cauſa eſt, tam literarum natura è quibus vox conſtituitur, quæ multas variaſque poteſtates habet, quàm multiplex ſyllabarum copulatio, diverſis modis conformata. Cùm eam itaque vim habeant orationis partes, nec in noſtrâ poteſtate ſit earum naturas immutare, ſupereſt ut miſturâ, temperatâ poſitione, ac ſitu aſperitatem, earum nonnullis quæ videtur ineſſe, occultemus; levia miſcentes aſperis, duris mollia, ſonora malè ſonantibus, prolatu facilia difficilioribus, longa brevibus, cæteraque omnia pari ratione concinnè componentes, ut neque paucarum ſyllabarum dictiones multas ordine aſſumamus, (nam inde offenduntur aures noſtræ) neque plures ex polyſyllabis, quàm neceſſe ſit, aut quæ ſunt ejuſdem accentûs, aut temporum ſimilium. Quin & nominum caſus ſubinde oportet correptos dare: nam plus æquo producti in longitudinem, graviſſimè auribus inſultant: ſimilia etiam ne occurrant, cavendum eſt, multis inter ſe nominibus ordine, aut verbis, reliquiſve orationum partibus, temerè conjectis, vitandæ ſatietatis gratiâ. Nec iiſdem loquendi formulis immorandum, quas ſubinde nos debemus mutare; nec iiſdem continuò, ſed variis figuris utendum eſt; neque principia ſunt ab iiſdem ſæpius ſumenda, nec cum ſimilibus definendum, obſervata utriuſque opportunitate. Nemo

Nerei
Repandiroſtrum incurvicervicum pecus.

Mox verò προϊσχάλαι Colb: atque ita *Antiquit.* lib. 1mo, προϊσχάμεναι eodem ſenſu habet codex Vat: ubi de ſcriptis parum elegantibus agit Dionyſius, pari uſus locutione; μονοειδεῖς ἐκεῖναί τε καὶ ταχὺ προσισχάμεναι τοῖς ἀκούουσιν.

[5] φυλατόμενον] Reg. 1. & 2. φυλατομένους numero plurali, atque ita in præcedentibus maluerim; quanquam infrà ſingulari quoque utatur.

[6] Διαμένειν.] Forſan legendum ἐνδιαμένειν. *Sylburg.* † Ita διαλείβειν apud Lucianum in *de Conſcrib. Hiſt.* quanquam Marcilius ἐνδιατρίβειν maluerit: τοῖς ἐπαίνοις ἀγχόνλων καὶ τραλλιγῶν διαλείβουσι.

[7] Τὸν

Καὶ μηθεὶς οἰηθῇ με καθάπαξ ταῦτα παραγέλλειν, ὡς ἡδονῆς αἴτια διὰ παντὸς ἐσόμενα, ἢ τἐναντίον ὀχλήσεως· οὐχ οὕτως ἀνόητός εἰμι. οἶδα γὰρ ἐξ ἀμφοῖν γινομένην πολλάκις ἡδονὴν, τοῖς μὲν ἐκ τῶν ἀνομοίων, τοῖς δὲ "ἐκ τῶν ὁμοίων. ἀλλ' ἐπὶ πάντων οἶομαι δεῖν [7] τὸ καιρὸν ὁρᾶν. οὕτω γὰρ ἡδονῆς καὶ ἀηδίας κράτιστον μέτρον. Καιρὸς δὲ οὔτε ῥήτωρ οὐδεὶς, οὔτε φιλόσοφος [8] εἰς τόδε χρόνου τέχνην ὥρισεν. οὐδ' ὅσπερ πρῶτος ἐπεχείρησε περὶ αὐτῆς γράφειν, [9] Γοργίας ὁ Λεοντῖνος, ἐδ' ὅ, τι λόγῳ "ἄξιον ἔγραψεν· οὐδὲ ἔχει φύσιν τὸ πρᾶγμα [10] εἰς καθο-"λικὴν καὶ ἔνλεχόν τινα περίληψιν πεσεῖν· ἀδ' ὅλως ἐπιστήμη θηρατός ἐστιν ὁ καιρὸς, ἀλλὰ δόξῃ. Ταύτην δὲ οἱ μὲ ἐπὶ πολλῶν καὶ πολλάκις γυμνάσαντες, ἄμεινον τῶν ἄλλων, εὑρίσκουσιν· οἱ δὲ ἀνάσκηλον ἀφέντες, [11] σπανιώτερον, καὶ ὥσπερ ἀπὸ τύχης.

Ἵνα δὲ καὶ περὶ τῶν ἄλλων εἴπω, ταῦτ' οἶομαι χρῆναι φυλάττειν ἐν τῇ συνθέσει, ἃ μέλλοντα διαθήσειν τὴν ἀκοὴν ἡδέως· τὰ εὐμελῆ καὶ εὔρυθμα καὶ εὔφωνα ὀνόματα, ὑφ' ὧν γλυκαίνεταί τε καὶ μαλάττεται, καὶ τὸ ὅλον οἰκείως διατίθεται ἡ αἴσθησις, ταῦτα ἀλλήλοις συναρμόττειν, ἢ τὰ μὴ τοιαύτην ἔχοντα φύσιν ἐκκαταπλέκειν τε καὶ συνυφαίνειν τοῖς δυναμένοις [12] αὐτὴν γοητεύειν, ὥστε ὑπὸ τῆς ἐκείνων χάριτος ἐπισκοτεῖσθαι τὴν τάτων ἀηδίαν· οἷόν τι ποιοῦσιν οἱ φρόνιμοι [13] στρατηλάται καὶ τὰς τάξεις τῶν στρατευ-

[7] Τὸν καιρὸν ὁρᾶν.] Πάντα γὰρ καιρῷ καλὰ, ut ait Sophocles in *Oedipo Tyranno*. Vide hac de re quid scripsit Quintilianus, lib. 11. cap. 1.

[8] Εἰς τόδε χρόνου.] Εἰς τὸ λέγειν τέχνην ὥρισεν, ita Reg. 1. & Colb. iidem codices mox πρῶτον ἐπεχείρησε.

[9] Γοργίας.] Rhetor & Sophista, ex oppido Siciliæ Leontino: qui de omni re quæcunque in disceptationem quæstionemque vocaretur, se copiosissimè dicturum profitebatur; isque princeps ex omnibus ausus est in conventu poscere, quâ de re quisquis vellet audire. cui tantus honos habitus est, ut Delphis aureâ donaretur statuâ. *Centum & septem complevit annos; neque unquam*, ut ait Cicero, *in suo studio atque opere cessavit.*

[10] Εἰς καθολικὴν.] Observa hanc vocem καθολικὴν, apud Theologos satis

Nemo autem arbitretur me hæc in universum præcipere, tanquam perpetuò essent delectationem, alia verò molestiam, allatura: non sum adeò demens. Novi etenim ex utrisque sæpe conflatam voluptatem, modò ex dissimilibus, modò similibus; sed rerum opportunitatem præcipuè advertendam esse censeo: est enim tam jucundi, quàm injucundi mensura præstantissima. nec tamen aut rhetorum quispiam, aut philosophorum, huc usque *Opportunitatis* artem definivit; neque ipse Gorgias Leontinus, qui primus de eâ scribere aggressus est, quicquam alicujus momenti protulit. Neque ita sanè res est à naturâ comparata, ut in generalem possit atque artificiosam comprehensionem cadere. nullâ etenim omnino scientiâ, opinione duntaxat, percipi potest *Opportunitas*. Quâ in re quicunque diu & frequentissimè se exercuerunt, eam aliis multo feliciùs adinveniunt; dum ii contra, qui inexercitatam omisere, longè longéque rariùs, idque non nisi fortuitò, assequuntur.

Ut verò & de cæteris pariter loquar, hæc illi in collocatione observanda censeo, qui auribus placere studeat: ut verba suavi modulatione temperata, numerosa, ac sonora, quibus egregiè delinitur audiendi sensus, & summa voluptate perfunditur, sibi invicem connectat; aut si quorundam ea non fuerit natura, potentioribus passim immisceat, quæ valeant aures nostras miris affectibus exercere; ut illorum venustate

satis celebrem; neque enim ab ullo antiquiore facilè reperies. Sed Ciceronem adeamus, lib. primo de Oratore. *Est definitio earum rerum, quæ sunt ejus rei propriæ, quam definire volumus, brevis & circumscripta quædam explicatio. Opportunitatis* verò, ut ipse scribit eodem libro, *nulla est definitio: Quod tamen unum id esse, quod tradi arte non possit.*

[11] Σπανιώτερον.] In vulgatis editionibus scriptum est σπανιωλίεαν, *rariorem*. nostrum adverbium ζπανιώτερον, meliùs quadrat ad præcedens ἄμεινον. *Sylburg.*

[12] Αὐτὴν γοητεύειν.] Τὴν αἴσθησιν, *audiendi sensum.*

[13] Στρεβλήλαται.] Fortasse ad hos poetæ versus, Iliad. δ. ψ. 297. alludit:

Ἵππῃας μὲν πρῶτα κ᾽ ἰσθλὰς,
Ἔχθε ἴμεν πολέμοιο· κακὰς δ᾽ ἐς
μέσσον ἴλασσε.

Eadem usus est similitudine & Cicero in *de claris Oratoribus*: Omnia

Digitized by Google

στρατευμάτων. καὶ γὰρ ἐκεῖνοι συγκρύπτουσι τοῖς ἰσχυροῖς τὰ ἀσθενῆ, καὶ γίνεται αὐτοῖς οὐδὲν τῆς δυνάμεως μέρος ἄχρηστον. [14] Διαναπαύειν τε καὶ ταυλότητά φημι δεῖν, "μεταβολὰς εὐκαίρους εἰσφέρουσα. καὶ γὰρ ἡ μεταβολὴ "παντὸς ἔργου [15] χρῆμα ἡδύ. Τελευταῖον δὲ, ὃ δὴ καὶ πάντων ἐστὶ κράτιστον, οἰκείαν ἀποδιδόναι τοῖς ὑποκειμένοις καὶ πρέπουσαν ἁρμονίαν. Δυσωπεῖσθαι δὲ ἐδὲν οἶομαι δεῖν, οὔτε ὄνομα, οὔτε ῥῆμα· οὔτ' ἐπιλέγεσθαι μὴ σὺν αἰσχύνῃ λέγεσθαι. [16] οὐδὲν γὰρ ἔτω ταπεινὸν, ἢ ῥυπαρὸν, ἢ μιαρὸν, ἢ ἄλλην τινὰ δυσχέρειαν ἔχον ἔσεσθαί φημι λόγου μόριον, ᾧ σημαίνεταί τι σῶμα ἢ πρᾶγμα, ὃ μηδεμίαν ἕξει χώραν ἐπιηδείαν ἐν λόγοις.

Παρακελεύομαι δὲ ἐν τῇ συνθέσει πιστεύοντας ἀνδρείως πάνυ καὶ τεθαρρηκότως αὐτὰ ἐκφέρειν, Ὁμήρῳ τε παραδείγματι [17] χρωμένους, παρ' ᾧ καὶ τὰ εὐτελέστατα κεῖται τῶν ὀνομάτων· καὶ Δημοσθένει, καὶ Ἡροδότῳ, καὶ τοῖς ἄλλοις, ἂν ὀλίγον ὕστερον μνησθήσομαι, καθ' ὅ, τι ἂν ἁρμόττῃ περὶ ἑκάστου. Ταῦτά μοι περὶ τῆς ἡδείας εἰρήσθω συνθέσεως, ὀλίγα μὲ ὑπὲρ πολλῶν θεωρημάτων, ἱκανὰ δὲ, ὡς κεφάλαια, [18] εἶεν.

TMHMA

Omnia veniebant Antonio in mentem; eaque suo quæque loco, ubi plurimum proficere & valere possent, ut ab imperatore equites, pedites, levis armatura; sic ab illo in maximè opportunis orationis partibus, collocabantur. Hanc adeo instruendi exercitûs peritiam à Xenophonte habes laudatam, lib. nono *Institutionis*: Ἀναπνευχθείσης δ' ὕπω τῆς φάλαγγος, ἀναλίσκειν τοὺς πρώτους ἀρίστους εἶναι, καὶ τοὺς τελευταίους, ἐν μέσῳ δὲ τοὺς κακίστους τάττεσθαι.

[14] Διαναπαύειν] 1 Reg. 2. & Colb. meliùs fortasse διαπαύειν τε τὴν ταυλότητα.

[15] Χρῆμα ἡδύ.] Idem in *Epist. ad Pompeium*, ἡδὺ χρῆμα ἐν ἰσοτιμίαις, γεαφῆς μεταβολή. & Euripides in *Oreste*, Μεταβολὴ πάντων γλυκύ.

[16] Οὐδὲν γὰρ ἔτω.] Quo igitur sensu

Digitized by Google

venuſtate atque gratiâ, hiſce aſperis injucundiſque quaſi velum obtendatur. id quod ordinibus inſtruendis prudentiſſimi imperatores factitant. Etenim infirmiora ſolent illi fortioribus occultare; quo fit, ut nulla copiarum pars inutilis reddatur. Aio etiam ab iterationibus eſſe abſtinendum, & commodas mutationes inſerendas. Eſt enim in omni re varietas gratiſſima. Poſtremò, ut propria rei ſubjectæ atque accommodata, (quod omnium præſtantiſſimum eſt) ſtructura adhibeatur. Nullum præterea de ſede aut nomen, aut verbum cum dedecore moveri debere arbitror: nec ideo committendum, ut quæ pudorem incutiant, eloquamur. Nam ne ullam quidem adeò humilem, aut ſordidam, aut impuram, aut aliâ quâvis aſperitate præditam, fore dico orationis particulam, quâ corpus aut res notatur, quin commodum in ſermone noſtro locum habitura ſit.

Moneo porrò atque hortor, iſta ut omnia in oratione componendâ ſecuri, nullâ omnino dubitatione, ſcriptores efferant, Homeri exemplum ſecuti, apud quem vocabulorum quæque etiam viliſſima reperiuntur; nec non Demoſthenis, ac Herodoti, aliorumque; quibus de ſingulis paulò inferiùs, quantum ad inſtitutum faciat, dicetur. Hæc verò de jucundâ compoſitione dicta ſint, pauca ſanè de multis doctrinis, ſed quæ capitum loco ſatis ampla videri poſſint.

SECTIO

ſenſu ſunt hæc Petronii intelligenda? *Effugiendum eſt ab omni verborum, ut ita dicam, vilitate, & ſumendæ voces à plebe ſubmotæ, ut fiat,*

Odi profanum vulgus, & arceo. Videtur Dionyſio contraria præcipere, & prorſus repugnantia. Neque enim ſatis erit dixiſſe, hæc præcepta ad poetas ſolummodo pertinere.

[17] Χωμένως.] Hoc loco numerum mutavit, ſuperiùs ſingulari uſus; ſed quod adnotandum eſt, χωμένω habent Reg. 1. 2. & Colb.

[18] Εἶεν.] Wolfius pro εἶεν, legit εἶναι. *Sylburg.* † Particula ἂν deſiderari ante εἶεν videtur.

Digitized by Google

ΤΜΗΜΑ ιγ'.

Καλὴ πῶς γίνεται ἡ τῆς λέξεως, καὶ τῶν κώλων ἁρμονία.

ΚΑΛΗ δὲ ἁρμονία πῶς γένοιτ' ἂν, εἴ τις ἔροιτο, ἢ ἐκ ποίων θεωρημάτων, ἐκ ἄλλως πως μὰ Δία φαίην ἂν, οὐκ ἐξ ἄλλων τινῶν, ἢ ἐξ ὧνπερ ἡδεῖα. τὰ γὰρ αὐτὰ ποιητικὰ ἀμφοῖν, [1] Μέλος εὐγενὲς, Ῥυθμὸς ἀξιωματικὸς, Μεταβολὴ μεγαλοπρεπὴς, [2] τὸ πᾶσι τούτοις παρακολουθῶν Πρέπον. ὥσπερ γὰρ ἡδεῖά τις γίνεται λέξις, ἕτω καὶ γενναία τις ἑτέρα· καὶ ῥυθμὸς ὥσπερ γλαφυρός τις, ἕτω καὶ σεμνὸς ἕτερος· καὶ τὸ μεταβάλλειν ὥσπερ χάριν ἔχει τινὰ, οὕτω καὶ πιθανόν. τὸ δὲ δὴ πρέπον εἰ μὴ τῷ καλῷ πλεῖστον ἔχει μέρος, σχολῇ γ' ἂν ἄλλῳ τινός. Ἐξ ἁπάντων δή φημι τούτων ἐπιτηδεύεσθαι δεῖν τὸ καλὸν ἐν ἁρμονίᾳ λέξεως, ἐξ ὧνπερ καὶ τὸ ἡδύ. Αἰτία δὲ καθέστηκεν, ἥ τε τῶν γραμμάτων φύσις, καὶ ἡ τῶν συλλαβῶν δύναμις, ἐξ ὧν πλέκεται τὰ ὀνόματα· [3] Ὑπὲρ ὧν καιρὸς ἂν εἴη λέγειν, ὥσπερ ὑπεσχόμην.

ΤΜΗΜΑ

[1] Μέλος εὐγενές.] Codex Colbertinus εὐμελὲς, & paulo post ἀκολουθῶν, pro compositio παρακολουθῶν. sed priore periodo lego, ἔδ' ἐξ ἄλλων τινῶν. Ita concinnior erit structura.

[2] Τὸ πᾶσι.] Dictio ἀσύνδετος celeritatem exprimit, aut orationi etiam conciliat venustatem: hoc tamen loco copulam καὶ fortasse insertam malueris καὶ τὸ πᾶσι. Vide initium Sectionis undecimæ: eadem ferè habet Dionysius in libello Περὶ τῆς Δημοσθένους δεινότητος, sed locus corruptus est, pag. 192, edit. Sylb.

Εὕρισκε

SECTIO XIII.

Quibus præceptis pulcra efficiatur orationis membrorumque Structura.

PULCRA verò Structura quomodo efficiatur, interroganti, aut quibus ex præceptis, non aliunde equidem, aut ex aliis herculè reſponderem, quàm quibus fit jucunda. Nam eadem utrumque conſtituunt, Concentus nobilis, Numeri cum dignitate graves, magnifica Permutatio, &c, hæc omnia quod conſequitur, Decorum. Quemadmodum enim jucunda quædam fit oratio, ita & alia generoſa: & numerus ut alius politus eſt, ita alius gravis: ſua etiam ut permutationi ineſt gratia, ita & ſuadendi facultas. Jam verò ſi maximam pulcritudinis partem Decorum non habuerit, nedum alius rei cujuſpiam particeps futurum eſt. Ex his itaque omnibus conficiendam arbitror Structuræ orationis pulcritudinem, unde etiam conſtituitur jucunditas. Eſt autem & hoc loco cauſa tam literarum natura, quàm poteſtas ſyllabarum, è quibus componuntur vocabula. Sed de his jam tempus eſt, ſicuti pollicitus ſum, dicendi pauca.

SECTIO

Εὕρισκε δὴ (ὁ Δημοσθένης) τὰ μὲν αὐτὰ ἀμφοῖν (κάλλους καὶ ἡδονῆς) ὅλα αἰτία, τὰ μέλη, καὶ τὰς ῥυθμὰς, καὶ τὰς μελῳδολὰς, καὶ τὸ παρακολουθεῖν ἅπασιν αὐτοῖς, παραίτιον. Quid ſit παραίτιον hoc loco, ignotum eſt: lego itaque, ſenſu poſtulante, τὸ πρέπον, ut hic locus indicat.

[3] Ταῦτα ὑπὲρ ὧν.] Primàm hanc vocem nec Reg. 1. nec Colb. agnoſcunt; & commodè ſatis, Hudſono judicante, abeſſe poteſt. Auctoritate veterum exemplarium è contextu ejeci.

[1] Γράμματα.

Digitized by Google

ΤΜΗΜΑ ιδ'.

Φωνῆς στοιχεῖα τὰ γράμματα· καὶ αὐτῶν ἡ φύσις διάφορος.

[1] ΑΡΧΑΙ μὲν οὖν εἰσι τῆς ἀνθρωπίνης καὶ ἐναρθρου φωνῆς, αἱ μηκέτι δεχόμεναι διαίρεσιν, ἃς καλοῦμεν στοιχεῖα καὶ γράμματα· [1] γράμματα μὲν, ὅτι γραμματῖς τισι σημαίνεται· στοιχεῖα δὲ, ὅτι πᾶσα φωνὴ τὴν γένεσιν ἐκ τούτων [2] λαμβάνει πρώτων, καὶ τὴν διάλυσιν εἰς ταῦτα ποιεῖται τελευταίαν. Τῶν δὲ στοιχείων τε καὶ γραμμάτων οὐ μία πάντων φύσις, διαφορὰ δὲ αὐτῶν. Πρώτη μὲν, ὡς [3] Ἀριστόξενος ὁ μουσικὸς ἀποφαίνεται, καθ' ἣν τὰ μὲν φωνὰς ἀποτελεῖ, τὰ δὲ ψόφους· φωνὰς μὲν, τὰ λεγόμενα φωνήεντα· ψόφους δὲ, τὰ λοιπὰ πάντα. δευτέρα δὲ, καθ' ἣν [4] τῶν φωνηέντων ἃ μὲν καθ' ἑαυτὰ [5] ψόφους ὁποίους δή τινας ἀποτελεῖν πέφυκε, [6] ῥοῖζον, ἢ συριγμὸν, ἢ ἀποπνυσμὸν, ἢ τοιούτων τινῶν ἄλλων ἤχων δηλωτικά· ἃ δὲ ἔστιν ἀπάσης ἄμοιρα φωνῆς καὶ ψόφου, καὶ ἄχ οἵάτε ἠχεῖσθαι καθ' ἑαυτὰ, ταῦτα μὲν ἄφωνά τινες ἐκάλεσαν, θάτερα δὲ ἡμίφωνα. Οἱ δὲ τριχῆ νείμαντες τὰς

[1] Γράμματα.] Ita etiam ex *lineaturâ* contractam esse literam arbitratur Jul. Scaliger.

[2] Λαμβάνει πρώτων.] Cùm mox τελευταίαν sequatur adjectivum, πρώτην hoc loco legendum arbitror.

[3] Ἀριστόξενος.] Hujus viri sententiam profert Dionysius in libello περὶ διανοήσεως Δημοσθ. *de ἠγέμονος pedis ortu*. Erat autem Musicus peritissimus tempore Alexandri regis, Tarento natus Italiæ oppido, sed Mantineæ plurimam ætatis partem degit. Musicæ grammaticen subjectam putavit, utriusque rei præceptor. *Vocis rationem*, inquit Fabius, *dividit in ῥύθμον, & μέλος· ἔμμελες: quorum alterum modulatione, alterum canore ac sonis constat.*

[4] Τῶν φωνηέντων.] Lege *Συμφώνων*, sensu postulante.

[5] Ψόφους.] Eadem ferè habet, & fortasse à Dionysio mutuata, Sextus Empiricus: Καὶ ἡμίφωνα μὲν,

Digitized by Google

SECTIO XIV.

Vocis elementa esse literas; quarum naturæ differentes ostenduntur.

PRINCIPIA itaque humanæ articulatæque sunt vòcis, quæ divisionem ulterius non admittunt; quæque elementa vocamus & literas. Literæ appellantur, quia lineis quibusdam exprimuntur; elementa, quia primam ex his originem vox omnis sumit, extremoque in ea se resolvit. Est autem non una omnium elementorum literarumque natura; sed variæ differentiæ. Prima est, quemadmodum tradit Aristoxenus Musicus, quâ voces literæ aliæ, aliæ sonos tantùm conficiant: voces ex vocalibus, è reliquis formantur soni. Secunda verò, quâ consonantium quædam per se sonos qualescunque soleant edere, veluti stridorem, aut sibilum, aut quo nostra exprimitur aversatio, & quæcunque istiusmodi sonos indicant; quædam autem omnis vocis & soni expertes, ne possunt quidem omninò per se voce pronunciari: has nonnulli mutas appellârunt, illas semivocales. Quidam verò triplici divisione institutâ primarum vocis potestatum, vocales appellârunt, quæ tam per se, quàm cum aliis

μὲν, ὅσα δι' αὐτῶν ῥοῖζον, ἢ σιγμὸν, ἢ μυσμὸν, ἤ τινα παραπλήσιον ἦχον καλὰ τὴν ἐκφώνησιν ἀπόλειπε ταῖς φυκότα. Ex hoc loco Dionysii pro σισμὸν, συρισμὸν corrige.

6 Ῥοῖζον.] Genitivo casu legendum videtur, ῥοίζῳ, ἢ συρισμῷ, ἢ ἀποπλυσμῷ: aut pluraliter, ῥοίζων, ἢ συρισμῶν, ἢ ἀποπλυσμῶν. Significantur autem his nominibus litteræ ρ, σ, π, cum cognatis β, φ. Nam in his quoque, etiamsi non accedat vocalis ulla, φωνῆς τινος seu ἦχος σημασία est. Wolfium quoque gignendi casu legisse ῥοίζων, monuit me Hœschelius meus. *Sylburg.*

Ibid. Ῥοῖζον.] Si gignendi casu cum Wolfio legas, pendeant necesse est à voce δηλωτικά; sin ὡς inseras ante ῥοῖζον, nullâ casuum mutatione opus erit. Atque haud scio, an per se etiam sana sententia sit, *Appositione*, ut loquuntur Grammatici, connexa. Sed monendus est lector, codices Reg. 2. & Colb. mox ποππυσμὸν exprimere; quæ lectio fortasse verior.

7 Τρι-

Digitized by Google

τὰς πρώτας τε καὶ στοιχειώδεις φωνῆς δυνάμεις, φωνήεντα μὲν ἐκάλεσαν, ὅσα καθ' ἑαυτὰ φωνεῖται, καὶ μεθ' ἑτέρων, καὶ ἔστιν αὐτοτελῆ· ἡμίφωνα δὲ, ὅσα μετὰ μὲν τῶν φωνηέντων κρεῖττον ἐκφέρεται, καθ' ἑαυτὰ δὲ χεῖρόν τε καὶ οὐκ αὐτοτελῶς· ἄφωνα δὲ, ὅσα οὔτε τὰς τελείας, οὔτε τὰς ἡμιτελείας φωνὰς ἔχει καθ' ἑαυτὰ, μεθ' ἑτέρων δὲ ἐκφωνεῖται.

Ὁ ἀριθμὸς δὲ αὐτῶν ὅστις ἐστὶν, οὐ ῥᾴδιον εἰπεῖν ἀκριβῶς· ἐπεὶ πολλὴν παρέσχε καὶ τοῖς πρὸ ἡμῶν ἀπορίαν τὸ πρᾶγμα. Οἱ μὲν γὰρ ὠήθησαν εἶναι [7] τριακαίδεκα τὰ πάντα τῆς φωνῆς στοιχεῖα, καλεσκευάσθαι δὲ τὰ λοιπὰ ἐκ τούτων· οἱ δὲ, καὶ τῶν [8] εἰκοσιτεσσάρων, οἷς χρώμεθα νῦν, πλείω. Ἡ μὲν οὖν ὑπὲρ τούτων θεωρία Γραμματικῆς τε καὶ [9] Μετρικῆς, εἰ βούλεταί τις, καὶ Φιλοσοφίας οἰκειοτέρα· ἡμῖν δὲ ἀπόχρη μήτε ἐλάττους τῶν κδ', μήτε πλείους ὑποθεμένοις, δεικνύναι τὰς τῆς φωνῆς ἀρχὰς, καὶ τὰ συμβεβηκότα αὐτῇ λέγειν, τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τῶν φωνηέντων ποιησαμένοις.

Φωνήεντα. Ἔστι δὲ ταῦτα τὸ ἀριθμὸν ζ'· δύο μὲν μακρὰ, τό τε η καὶ τὸ ω· [10] δύο δὲ βραχέα, τό τε ε, καὶ τὸ ο· τρία δὲ, [11] δίχρονα, τό τε α καὶ τὸ ι καὶ τὸ υ, ἃ καὶ

[7] Τριακαίδεκα.] Pro τριακαίδεκα legendum videtur ἑκκαίδεκα, *sexdecim*. Nam, ut Plinius tradit, lib. 7. cap. 56: Cadmus olim è Phœnice in Græciam intulit literas sedecim numero, A, B, Γ, Δ, E, I, K, Λ, M, N, O, Π, P, Σ, T, Υ: quibus pòst à Palamede, Simonide, Epicharmo, additæ sunt literæ compositæ; duæ vocales, η & ω: tres semivocales, ζ, ξ, ψ: tres mutæ aspiratæ, θ, χ, φ. Siquis τριακαίδεκα retinendum putet, è sedecim paulo ante numeratis demendæ erunt medii generis mutæ, β, γ, δ. *Sylburg.*

[8] Εἰκοσιτεσσάρων.] De literis passim multi multa scripsêre; easque à Phœnicibus in Græciam deveniſſe, Cadmi ministerio, traditum est. Josephus contra Apionem, non longè ab initio: παρὰ Φοινίκων καὶ Κάδμου στοιχεῖσθαι μαθεῖν. unde Timon Phliasius, Φοινικικὰ ζήματα Κάδμου: & Lucanus:

Phœnices primi, famæ si creditur, ausi
Mansuram rudibus vocem signare figuris.

Quot

Digitized by Google

aliis conjunctæ, vocem edunt absolutam, semivocales verò, quæ meliùs cum vocalibus efferuntur, per se deterioris soni, nec jam perfecti: mutas denique, quæ neque perfectam per se vocem neque imperfectam habent, sed cum aliis unà pronunciantur.

Literarum numerum, qui sit, non adeò facile est exactè dicere: est enim quæstio, quæ difficultate pænè inextricabili vetustiores ante nos satis exercuit. Nonnulli vocis elementa omnia esse tredecim numero putaverunt, & ex his constitui reliqua; alii autem viginti quatuor, quibus hoc tempore nos utimur, & eo etiam plura. Sed de his instituta consideratio, grammaticæ multò magis, metricæque facultati, aut etiam, ut quidam volunt, philosophiæ familiaris est & propria; nobis quidem sufficit, neque pauciores viginti quatuor, neque plures admittentibus literas, principia vocis, & quæ ei accidunt, enarrare, initio à vocalibus facto.

Sunt autem numero septem: duæ quidem longæ, η & ω, totidem breves, ε & ο, tres verò communes α, ι, υ, quæ & producuntur & corripiuntur; *Vocales.*

Quot verò Cadmus Græciæ intulerit, omninò dubium est: Aristoteles fuisse duodeviginti, videtur indicare; dum totidem, Plinio teste, *priscas* vocat. Postea Palamedis ingenio, Epicharmi atque Simonidis, ad numerum viginti quatuor auctæ sunt; quas barbaris adeò hisce vocabulis, Κραξζῖ, χθύπλης, φλεῖμω, δρὸψ, è veteribus nonnulli exprimebant, ut esset στοιχειωτικὴ τῶν παίδων διδασκαλία.

9 Μέτρικῆς.] Gellius lib. 16, cap. 18. *Est & alia species Geometriæ, quæ appellatur* μετρικὴ: *per quam syllabarum longarum, & brevium, & mediocrium junctura & modus congruens cum principiis Geometriæ, aurium mensura examinatur.* Hanc etiam disputationem Aristoteles arti metricæ adjudicat, in περὶ Ποιητικῆς cap. 20: ἀλλὰ καὶ τούτων θεωρῆσαι τὰς διαφορὰς, τῆς Μετρικῆς ἐστι.

10 Δύο δὲ βραχία.] Hoc membrum, δύο δὲ βραχία. τό τε ε, καὶ τὸ ο, quod editio Sylburgiana non exhibet, in contextum ex eruditissimo Thomæ Smithi nostratis, qui hæc verba citat, libello de *Rectâ linguæ Græcæ pronunciatione*, inserui.

11 Δίχρονα.] De his ita Sextus Empiricus: ἅπερ δίχρονα καὶ ὑγρὰ καὶ ἀμφίβολα καὶ μεταβολικὰ καλεῖσιν. ἱκανὸν γὰρ αὐτῶν σήμαινειν ὅτι μὲν ἐκτείνεσθαι, ὅτι δὲ συστέλλεσθαι, οἷον, τὸ

Digitized by Google

καὶ ἐκλείνεται, καὶ συνέλλεται· ἃ οἱ μὲν δίχρονα, ὥσπερ ἔφην, οἱ δὲ μειαπτωτικὰ καλοῦσιν. Ἐκφωνεῖται δὲ ταῦτα πάντα, τῆς ἀρτηρίας συνεχούσης τὸ πνεῦμα, καὶ τῷ στόματι ἁπλῶς σχηματιζομένου, τῆς τε γλώσσης ἠρέμα προσπαλευομένης, ἀλλ' ἠρεμούσης. πλὴν τὰ μὲν μακρὰ, καὶ τῶν διχρόνων ὅσα μακρῶς λέγεται, τεταμένον λαμβάνει καὶ διηνεκῆ τὸν αὐλὸν τοῦ πνεύματος· τὰ δὲ βραχέα, ἢ βραχέως λεγόμενα, ἐξ ἀποκοπῆς τε καὶ μιᾶς [12] πληγῆ πνεύματος, καὶ τῆς ἀρτηρίας ἐπὶ βραχὺ κινηθείσης ἐκφέρεται. Τούτων δὴ κράτιστα μέν ἐστι, καὶ φωνὴν ἡδίστην ἀποτελεῖ τά τε μακρὰ, καὶ τῶν διχρόνων ὅσα μηκύνεται κατὰ τὴν ἐκφοράν, ὅτι πολὺν ἔχειται χρόνον, καὶ τῷ πνεύματος οὐ καταλείπει τὸν τόνον· χείρω δὲ τὰ βραχέα, ἢ τὰ βραχέως λεγόμενα, ὅτι μικρόφωνά τέ ἐστι καὶ σπαδονίζει τὸν ἦχον.

[13] Αὐτῶν δὲ τῶν μακρῶν [14] εὐφωνότατον τὸ α, ὅταν ἐκλείνηται· λέγεται γὰρ ἀνοιγομένου τοῦ στόματος ἐπὶ πλεῖστον, καὶ τοῦ πνεύματος ἄνω φερομένου πρὸς τὸν [15] οὐρανόν. [16] δεύτερον

τὸ μὲν α ἐπὶ τοῦ,

Ἄρες, Ἄρες βροτολοιγὲ, μιαιφόνε, τειχεσιπλῆτα.

τὸ δὲ ι,

Ἶλιον εἰς ἱερὴν· τῇ δ' ἄνλιος ὦρτο Ἀπόλλων.

τὸ δὲ υ,

Θεσπέσιον νιφάων ἐκ Διὸς ὕσιν ὕδωρ.

[12] Πληγῇ πνεύματος.] Πληγῇ τοῦ πνεύματος. *Smithus.* Sequenti etiam versu verbum ἐστὶ à Regio 1. & Colb. abest.

[13] Αὐτῶν δὲ τῶν.] Hunc locum usque ad ἡμιφώνων δὲ τοιάδε, profert idem Tho. Smithus in libro quem suprà laudavimus; ubi occurrunt hæ lectiones variantes. pro εὐφωνότατον, habet ἐκφωνότατον: pro ἐκλείνηται, indic. ἐκλείνεται, & ἐρείδῃ subjunct. pro ἐρείδει. Idem προσγύλλεται gemino λ, ut emendat Sylburgius. mox pro γινομένης, legit γινομένης: & ἐμπίπλει ὁ ἦχος, quod vertit, *augustus incidit sonus:* nec τὲ particulam post ἀδόλας agnoscit: & pro ἐκ ἐπιλαμπρυνόμενον, ἐκ ἔτι λαμπρυνόμενον. denique, posito post Dalèque puncto, legit ὁ τὴν πληγήν: figitque ante φύσις articulam ἡ, αὐτὴ ἡ φύσις. Tum vero in auctoris laudem his verbis prorumpit: *Quis Apelles aut Parrhasius faciem hominis penicillo, vel coloribus, exprimere potuit feliciùs, differentiamque constituere inter diversos vultus, quam hic verbis vocalium naturam distinxit ac separavit?*

[14] Εὐφωνότατον τὸ α.] Omnium literarum, ut dignitate, ita quoque ordine, prima est apud pleraſque gentes A vocalis. Quam vastam

Pag. 24, ℣. 1. Γύῃ, οὐ γάρ σε δοκῶ.] Pari verborum suavitate, & elegantiâ collocationis, ea quæ in operto fuerunt, T. Livius lib. 39, cap. 9. descripsit. *Scortum*, inquit, *nobile libertina Hispala Fecenia, non digna quæstu cui ancillula assueverat; etiam postquam manumissa erat, eodem se genere tuebatur. Huic consuetudo juxta vicinitatem cum Æbutio fuit; minime adolescentis aut rei aut famæ damnosa: ultro enim amatus appetitusque erat. et malignè omnia præbentibus suis, meretriculæ munificentia sustinebatur. Quin eò processerat consuetudine capta, ut post patroni mortem, quia in nullius manu erat, tutore à tribunis & prætore petito, quum testamentum faceret, unum Æbutium instituerat hæredem. Hæc amoris pignora cum essent, nec quicquam secretum alter ab altero haberent, per jocum adolescens*

Digitized by Google

oleſcens vetat eam mirari, ſi per aliquot noctes ſecubuiſſet. Religionis ſe cauſa, ut voto pro valetudine ſuâ facto liberetur, Bacchis initiari velle. Id ubi mulier audivit, perturbata Dii meliora! *inquit:* mori & ſibi & illi ſatius eſſe, quàm id faceret, & in caput eorum deteſtari minas periculáque qui id ſuaſiſſent. *Admiratus quum verba, tum perturbationem tantam adoleſcens, Parcere execrationibus jubet: matrem id ſibi, aſſentiente vitrico, imperâſſe;* &c.

Cic. in orat. pro Milone: *Milo autem cùm in Senatu fuiſſet eo die, quoad Senatus dimiſſus eſt; domum venit: calceos, & veſtimenta mutavit: pauliſper, dum ſe uxor (ut fit) comparat, commoratus eſt: deinde profectus eſt id temporis, cum jam Clodius, ſiquidem eo die Romam venturus erat, redire potuiſſet.*

Pag. 28, ℣. 11. Ἀλλ' ἐχον ὧδε.] Exemplis his utitur etiam Hermogenes de Ideis. Sed ut Dionyſius Homeri verſus alio genere carminis immutat, ut vim Collocationis oſtendat; ita nobis facere liceat in Virgilio, cujus carmina ex Æneid. lib. 8. Ithyphalica faciamus. Sunt autem hæc:

Inde, ubi prima quies medio jam noctis abactæ
Curriculo expulerat ſomnum, cùm fœmina, primum
Cui tolerare colo vitam tenuique Minervâ,
Impoſitum cinerem & ſopitos ſuſcitat ignes,
Noctem addens operi, famulaſque ad lumina longo
Exercet penſo; caſtum ut ſervare cubile
Conjugis, & poſſit parvos educere natos.

Ithyphalica autem erunt hoc modo:

Curriculo veluti noctis medio jam abactæ
Fœmina, cui tolerare colo & tenui Minervâ
Vitam, impoſitum cinerem ſuſcitat, & ſopitos
Ignes, noctem addens operi, famulaſque longo ad
Lumina penſo exercet, conjugis ut cubile
Caſtum ſervare, atque educere poſſit natos.

Pag. 32, ℣. 20. Ὅτι ἢ κἀ ἡ περὶ λέξις.] Solutam quoque orationem, quod & ligata, pati poſſe, ut alia atque alia,

Digitized by Google

alia, mutatâ collocatione, esse videatur, Cicero in Oratore prope finem docet his verbis:

Quantum autem sit aptè dicere, experiri licet, si aut compositi oratoris bene structam collocationem dissolvas permutatione verborum. corrumpetur enim tota res, ut & hæc nostra in Corneliana, & deinceps omnia. Neque me divitiæ movent, quibus omnes Africanos, & Lælios multi venalicii, mercatoresque superârunt. *Immuta paullum, ut sit,* multi superârunt mercatores, venaliciique; *perierit tota res. Et quæ sequuntur,* Neque vestis, aut cælatum aurum, & argentum, quo nostros veteres Marcellos, Maximosque, multi eunuchi è Syriâ Ægyptoque vicerunt. *Verba permuta sic, ut sit,* Vicerunt eunuchi è Syriâ Ægyptoque. *Adde tertium,* Neque verò ornamenta ista villarum, quibus L. Paullum, & L. Mummium, qui rebus his urbem Italiamque omnem referserunt, ab aliquo video perfacilè Deliaco, aut Syro potuisse superari: *Fac ita,* potuisse superari ab aliquo Syro, aut Deliaco.

Videsne, ut ordine verborum paullum commutato, iisdem verbis, stante sententiâ, ad nihilum omnia recidant, cùm sint ex aptis dissoluta? aut si alicujus inconditi arripias dissipatam aliquam sententiam, eamque, ordine verborum paullum commutato, in quadrum redigas, efficiatur aptum illud, quod fuerit antea diffluens, ac solutum? Age, sume de Gracchi apud censores illud, Abesse non potest, quin ejusdem hominis sit, probos improbare, qui improbos probet. *Quanto aptius, si ita dixisset,* quin ejusdem hominis sit, qui improbos probet, probos improbare? *Hoc modo dicere nemo unquam voluit: nemoque potuit, quin dixerit.*

Pag. 44, ỳ. 17. Ἄνδρα μοι ἔννεπε.] Similiter Virgilius Æneid. lib. 1, à nomine inchoat:

Arma virumque cano.

et, Æneid. 11.

Oceanum interea surgens Aurora reliquit.

Pag. 46, ỳ. 9. Κλῦθί μευ.] Eodem modo Virg, à verbo incipit Æneid. lib. 7.

Pandite

Digitized by Google

Pandite nunc Helicona, Deæ, cantusque movete.

et lib. 1, ℣. 319. ——*dederatque comas diffundere ventis.*

Pag. 46, ℣. 23. Τύπτε δ' ἐπιστροφάδην.] Virgilius etiam id obſervavit: nam primùm verba, pòſt adverbia poſuit; ut Æneid. lib. 1, ℣. 389. *Perge modò, atque hinc te reginæ ad limina perfer.* et ℣. 401.

Perge modò, & quà te ducit via, dirige greſſum.

et ibidem,

Corripuere viam interea, quà ſemita monſtrat.

Pag. 48, ℣. 5. Βόλυδὸν ἢ πέτουλαι.] Etiam Virgilius non obſervavit verba præponere adverbiis. ut Æneid. lib. 7.

Nunc age qui reges Erato.

et lib. 8:

Ocyus ire equites Tyrrheni ad littora regis.

Pag. 48, ℣. 12. Αὖ ἔφυσαν μέν.] Sic Terentius in Andriâ ſequitur rerum ordinem, dum dicit,

Effertur, imus, ad ſepulchrum venimus:
In ignem poſita 'ſt, fletur.

et Virg. Æneid. 11, ℣. 858.

Dixit: & auratâ volucrem Threiſſa ſagittam
Depromſit pharetrâ, cornuque infenſa tetendit,
Et duxit longè; donec curvata coïrent
Inter ſe capita, & manibus jam tangeret æquis,
Lævâ aciem ferri, dextrâ nervoque papillam.

Pag. ead. ℣. 20. Πλῆξεν ἀναχόμενον.] Etiam Virgilius hac ὑστερολογίᾳ uſus eſt; ut Æneid. 1, ℣. 178.

* *Et torrere parant flammis, & frangere ſaxo.*

et ℣. 175.

Suſcepitque ignem foliis, atque arida circum
Nutrimenta dedit, rapuitque in fomite flammam.

Pag. 56, ℣. 33. Τῆτο τὸ στοιχεῖον.] Sic etiam Latini poetæ, *Gnatus* pro *natus*. Virg. Æneid. ix, ℣. 55. *Evandre* pro *Evander*:—*At non Evandre, pudendis Volneribus pulſum aſpicies. Temnere*, pro *contemnere*. Sic etiam Cicero ſynalœphâ uſus eſſe videtur: *Cred' ego vos*

* Nulla eſt in his, ut falsò autumat Bircovius, ὑστερολογίᾳ. adi Servium.

mirari,

Digitized by Google

mirari, &c. cum hîc nulla esse videatur. *Ego omni officio.* Sic *conficere*, pro *facere*: *amârunt*, pro *amaverunt*. Hujus generis sunt Comicorum etiam verba: *Dic sodes*: &, *apage sis*: &, *Ædepol*, &, *Ædastor*. Etiam historicorum, *Mehercule*, *medius fidius*. Sic etiam cùm dicitur, *agier* pro *agi*: *dicier*, pro *dici*. De transformatione vocabulorum vide Ciceronem in Oratore.

Pag. 58, ¥. 20. Ὑμεῖς τε ὦ Λακεδαιμόνιοι.] Sic Cicero *in Oratore* cap. 66, L. Crassi dictionem transformat, & ex bona malam efficiens, ostendit quæ vis sit Collocationis, his verbis: *Ex hoc genere illud est Crassi*, Missos faciant patronos: ipsi prodeant. *Nisi intervallo dixisses.*———ipsi prodeant,———*sensisset profectò effugisse senarium: omnino melius caderet*, prodeant ipsi. Jam vero, cap. 63, de industria ex bono facit deterius: Patris dictum sapiens temeritas filii comprobavit. *Hoc dichoreo tantus clamor concionis excitatus est, ut admirabile esset. Quæro nonne id numerus effecerit?* verborum ordinem *immuta*; *fac fit*, comprobavit filii temeritas: *jam nihil erit.*

Pag. 62, ¥. 6. Εἰ τῶν ἐξήνεγκε τὸν τρόπον.] Simili gradatione per negationem Cicero 12. Philip. cap. 3, usus est. *Quid enim, per Deos immortales! potest Reipublicæ prodesse nostra legatio? prodesse dico? quid si etiam obfutura est? obfutura? quid si etiam nocuit?* Si autem ita protulisset, *Nostra legatio non poterit prodesse Reip. immo obfutura est, & jam nocuit*, universa elegantia corrueret. Similiter 1, Offic. cap. 1, est gradatio: *Quamobrem discres tu quidem à principe hujus ætatis Philosophorum, & discres, quamdiu voles: tamdiu autem velle debebis, quoad te, quantum proficias, non pœnitebit.* Quod quidem hac simplici forma potuisset proferre, *Quamobrem tu quidem discres à principe Philosophorum hujus ætatis, quamdiu voles, & quoad te, quantum proficias non pœnitebit.*

Pag. 62, ¥. 23. Τίς δὲ οὐκ ὁμολογήσαι.] Sic pleno orbe utitur Sallustius in bello Jugurthino, cap. 4. *Qui si reputaverint, & quibus ego temporibus magistratum ad-*

 eptus

Digitized by Google

eptus sim; & quales viri idem assequi nequiverint; & postea quæ genera hominum in Senatum pervenerint; profecto existimabunt, me magis merito, quàm ignavia, judicium animi mei mutaviſſe. Plenus eſt orbis hujus ſententiæ; verumtamen addidit adhuc duo membra, *majuſque commodum ex otio meo, quam ex aliorum negotiis, Reipublicæ venturum.* Etiam verbi ſit adjectio, ut apud eundem ibidem: *Verum ego liberius, altiuſque proceſſi, dum me civitatis morum piget, tædetque.* poſtremum verbum additum non ſolum ſententiam pleniorem facit, ſed etiam clauſulam reddit numeroſiorem.

Et Cicero lib. 3, Accuſ. in C. Verrem, *Nam ſi poteſt iſta pecunia ſine aratorum injuria detrahi, Populus Romanus habeat: præſertim in tantis ærarii angustiis.* hîc ultima verba adjecta ſunt, καὶ ἐπισώρευσιν.

Idem lib. 4, Accuſ. in C. Verrem, *Itaque hoc nefario ſcelere concepto, nihil poſtea tota in Sicilia neque ſacri, neque religioſi eſſe duxit.* verbum non neceſſarium (*neque religioſi*) adjectum eſt.

Pag. 64, ϒ. 16. Τί ϑ δὴ τὸ παρ' Αἰχίνῃ.] Cicero ejuſmodi etiam converſione utitur, rarius tamen propter nimiam illius elegantiam; ut pro Milone: *Quis eos ſervos poſtulavit? Appius. Quis produxit? Appius. Unde? ab Appio:* Si autem dixiſſet, *Appius eos ſervos poſtulavit, & produxit,* nulla gratia eſſet. Et pro domo ſua, *Dico igitur, & quam poſſum maxima voce dico.* Non haberet autem hanc gratiam, ſi dixiſſet, *Dico igitur maxima voce.*

Pag. 66, ϒ. 2. Τῆς ϑ Ἀφαιρέσεως τίς.] Cicero in Divinatione, cap. 18, uſus eſt periodo nimis conciſa: *Hic tu, ſi læſum te à Verre eſſe dices; patiar, & concedam: ſi injuriam tibi factam quereris; defendam, & negabo.* dicere ſiquidem Cicero potuit, *defendam Verrem, & negabo tibi eſſe injuriam factam.* Et pro Cornelio Balbo, *Quid eſt, Judices, non ſolùm in legibus poſitum, ſed etiam in privatorum voluntate?* ſi adjeciſſet *poſitum,* nulla eſſet orationis ſuavitas. Periodos ejuſmodi Græci, μονόκωλα appellant.

Pag.

Digitized by Google

Pag. 76, ℣. 5. Διαλέκτου μὲν ἓν.] Pronunciationis occulta vis in componendo, μέλος, id est *modulatio*, dicitur. Melos enim est modulatio vocis suavis, quam intentio facit, & remissio, in certis quibusdam & definitis locis. Hæc intentio aut remissio dicitur Græcis διάστημα, Latinè spatium. Vox autem triplex est: Cantus, sermo, & clamor. Cantus proprie dicitur vox διαστηματική, hoc est, *spatiis distincta*, quæ variè resonando sursum deorsumque subsistit. cernitur non tantum in homine, sed & in instrumentis musicis. Sermo dicitur vox συγχὴς, *confusa*. hæc continuè & tractim progreditur, ita ut vix signato spacio, mox continuo recurrat. Clamor autem μέλος non recipit, nec tono comprehenditur. Spatia hæc διαστήματα dicuntur, tonorum quædam rationes & modi. Quæ licet non appareant adeo in sermone, atque in cantu, sunt tamen: sed aliter in sermone, aliter in cantu observantur, ut Dionysius notat. Intentionem autem, & remissionem modulationis syllabarum in sermone, intra diapente, ex quo μέλος nascitur, metiendam esse Rhetores docent. primum ex quantitate; deinde, ex accentu dictionis proprio; tertiò, ex natura vocalis argutæ; quartò, ex allocutionis forma, seu figura sententiæ, quæ separatur à dictione. Ex quantitate; nam semper longa elevatur, brevis deprimitur. Ex accentu; nam & syllabæ breves accentu acuto notatæ elevantur. Ex natura vocalis; nam una vocalis longa, longior aliquando fit ex complexu consonantium; similiter brevis brevior: ergo elevatur longior magis, quàm simpliciter longa. Item vocalis brevis eadem fit aliquando brevior propter complexionem consonantium: ideo magis deprimenda, quam simpliciter brevis. Sed de his aget auctor noster, cum μέλος in oratione bona explicabit. Porro allocutiones suas intensiones, & depressiones habent. Nam interrogatio finalem acuit; ut, *Qua spe inimica in gente moraris?* unde eam Varro casum verbi appellat. Obsecratio circumflectit penultimas, etiamsi breves; ut, *Serva me obsecro.* Sic oratio virilis,

Digitized by Google

commota, religiosa, lamentabilis, varia, flexa, flebilis, suavis, intensa, remissa, furibunda, plana, moderata, gravis, magnifica.

Nunc examinemus exemplum Euripidis, quo Dionysius utitur :

Σίγα σίγα, λεύκον ἴχνος ἀερθύλης τιθεῖτε, μὴ κλυπεῖτε.
Ἀπὸ πρόβαλ' ἑκεῖσ' ὀπίπροθι κοίτας.

Imprimis dicit tres dictiones Σίγα, σίγα, λεύκον, in unisono proferri, sine differentia accentuum : ratio est, quia est oratio virilis cohortans, & habet ab initio syllabarum intentionem, unde nec accentus valent. Hæc autem dictio λεύκον etiam in unisono profertur : quoniam primæ syllabæ longæ sine accentu, posterior brevis cum accentu æqualis est. similiter & ἴχνος. Hæc autem dictio ἀερθύλης duas posteriores acuit ; quoniam prima syllaba est sine accentu, media acuitur, etsi sit brevis, propter ultimam longam ; ultima etiam acuitur, quia longa. Hæc rursus dictio τιθεῖτε, etsi mediam circumflectit, tamen quia est adhortantis vox, duas posteriores acuit ; similiter & κλυπεῖτε. Porrò ὀπὶ πρόβαλ' perdit suum accentum in πρό. nam dictionis ὀπὶ ultima syllaba longa est, propter sequentes consonantes ; πρόβαλε autem brevia sunt ; ideò major ratio in elevando longæ habenda est, quam brevis. Quare ut ex accentu μίλος appareat, omissis propriis accentibus, in his carminibus, ubi elevatio aut depressio esse debeat, sic annotemus.

Σίγα σίγα, λεύκον ἴχνος ἀερθύλης τιθεῖτε μὴ κλυπεῖτε. ὀπὶ πρόβαλ' ἑκεῖσ' ὀπίπροθι κοίτας. Hæc syllabarum elevatio, aut depressio intra spatium *diapente* contineri debet. Sed quæ syllabæ superius aut inferius ponantur, (nam potest syllaba longa longior esse) quæ syllabæ intra *diapente* uno tono eleventur, aut deprimantur, quæ deinde ditono, quæ per quartam, quæ per semitonium usque ad summum *diapente*, jam scrupulosioris investigationis est. Author tamen noster infra, cum de vocalibus sonoris, mediis, & infimis docet, & de consonantium generositate & ignobilitate tractat, annotare videtur

Digitized by Google

videtur locos modulandi ſermonis intra *diapente*. Nam quæ vocales ſonoræ ſupra, quæ minus ſonantes infra ponentur. Hoc idem & de conſonantibus intelligendum.

In Latinis etiam eam modulationem conſideremus exemplis. Terentius in Andria, *Juno Lucina fer opem. ſerva me obſecro.*

Iſta dialectus intra *diapente* non continetur: quia vox clamantis potiùs mulierculæ eſt, quam dicentis: habet tamen tonos ſuos. Imprimis tres priores ſyllabæ in unitono proferuntur: quoniam omnes ſunt longæ; nec prima elevatur, quia eſt oratio erecta. Media in dictione *Lucina* uſque ad quintam elevatur: quoniam vox implorantis eſt, tum quia natura accentum circumflexum habet. Ultima deprimitur duobus tonis & ſemitonio: quoniam eſt brevis natura, longior tamen quam tres illæ ſyllabæ priores: ideo ſuperior erit illis tono. Illa deinde dictio *Fer*, tono inferior eſt primis tribus ſyllabis, atque deprimitur tono ſub *diapente*: quia, ut dixi, magis clamor eſt, quam ſermo, mulierque quàm maximè poteſt intendit, & remittit vocem: deprimitur autem adeo graviter, quod neque conſonantes, neque vocalem generoſam habet. Aſſurgit tono dictionis prima ſyllaba, *Opem*, quam poſterior tono ſuperat: quoniam *O* vocalis generoſa eſt, ſed ſyllaba *pem* longior. Porrò tres ſyllabæ ſequentes ſemitono aſcendunt ſupra: inſurgit enim, & molleſcit ſimul oratio. Ultima dictio *Obſecro*, deprimit primam ſyllabam ſemitono, alteram ſemitono eodem elevat, tertiam ſemitono & tono deprimit: quoniam, ut dixi, obſecratio penultimas attollit, etſi breves ſint: unde catalexis illius convenit cum principio.

Illud etiam, (Cic. in Oratore, cap. 49.) *Auratos aries Colchorum*, magnificum & venerandum eſt; quod diatonico genere clauſulam complet. Horatii illud,

Mæceñas, atavis edite regibus:

nunc tono, nunc ſemiditono, nunc ditono, progreditur. Illud præterea,

Digitized by Google

Lydiâ, dic, per omnes
Te Deas orâ, Sybarin cur properas amando
Perdere.

descendit statim ditono; frequentiusque descendit, & tonum flectit, cum catalexi ditona. Illud verò,

Scribaris Vario fortis, & hostium
Victor, Maeoniì carminis alitè,
Quàm rem cumque ferox navibus aut equis
Miles, te ducè gesserit.

Hîc hemitonum spatium bis repetit, deinde semiditonum & toniceum, attollens ultimam in catalexi. Sic Cicero in Oratione pro Milone, *Etsi vereor, judices, ne turpe sit, pro fortissimo viro dicere incipientem, timere.* Nam hucusque progrediens systema fecit in *diapente*; hinc descendit, & in eâdem chordâ haeret; praeterquam in penultimâ hujus membri, quàm semitonio inflexit, & denique clausula quievit pentasyllaba. Ad perfectam autem eorum omnium cognitionem, cognoscendi sunt toni, videlicet Dorius, Phrygius, Lydius, Sublydius; qui suo more inflectere harmoniam docent. Sed haec scrupulosius persequi nimis operosum.

Pag. 76, ℣. 7. οὔτε ἀνίεσθαι.] Verte *neque remittatur*: quippe *intendi* & *remitti* respondent Graecis ἐπιτείνεσθαι & ἀνίεσθαι. Quanquam enim hodie (& per aliquot secula) nos *acutum in alto ponimus & grave in imo*: sciendum autem, (quod tamen pauci advertunt) Graecorum musicorum veterrimos fecisse contrarium. Adeoque, quum eorum lyra erat Tetrachordis, Gravissima dicebatur *Hypate*, ὑπάτη, *Summa*; & Acutissima quidem *Nete*, νήτη vel νεάτη, *Ima vel ultima.* Sic utique sensebantur, & hoc ordine, *Hypate, Parypate, Paranete, Nete:* id est, *Summa, Prope-summa, Prope-ima, Ima.* Quod quum posteriores aliquot scriptores (per aliquot retro secula) non bene notaverint, multum sibi fecerunt negotii, seque mire torserunt in exponendis veterum nominibus & loquendi formulis. Vide Wallisii τῷ μαχαιρίτῃ Appendicem ad Ptolemaei Harmonica ab ipso edita. *Hudsonus.*

Ibid.

Digitized by Google

Ibid. Καὶ ἓν μέρος λόγου.] Malim interpretari *una ſermonis* (quam *orationis*) *particula*. Non enim hic agitur de *octo partibus Orationis* ut in Grammatica loqui ſolent, ſed de *ſermonis ſeu prolationis* particula. Quippe hoc vult; non omnem dictionem, quæ uno prolationis membro continetur (monoſyllabam intellige) ſic poſſe vel gravi tenſione (pariter ac acuta) proferri: ſed nec (omnem) utraque: (quippe monoſyllaba vox brevis, accentum ſiquem habet, acutum natura ſua poſtulat; longa verò, nunc acutum, nunc circumflexum) quæ verò dictiones utraſque admittunt tenſiones, earum aliæ habent in eadem ſyllaba cum acuto commiſtum grave, quas tenſiones circumflexas vocamus; aliæ in alio atque alio loco (ſeparatim) utrumque, propriam ſui naturam retinens. Siqua vero vox accentum inclinat ſuum, vel nullum habet, hoc eſt præter naturam rei. *Idem.*

Pag. 92, ℣. 8. Ὁ ἀριθμὸς ἢ πάντων.] Cùm multæ ſint opiniones de numero, & ſufficientia Latinarum literarum, licebit nobis naturam ipſam ſequi, nec plures ſtatuere, quam quot Latini ſtatuerunt. Natura enim diſcimus, ſi principia & originem literarum ſcrutemur, non plures eſſe, quam quas Latini delegere. Quinque vocales A, e, i, o, u: unam aſpirationem, h: quatuor mutas molles, b, d, g, q: totidemque tenues, b, c, t, k: quatuor liquidas, l, m, n, r: unam ſemivocalem ſ. Aliæ autem literæ, ſi quæ ſunt, partim ab his corruptæ, partim compoſitæ, partim ſecundum idioma cujuſcunque linguæ immutatæ, partim Græcæ. Nam F longo tempore Latini caruerunt; nihilque aliud eſt, niſi aſpiratum p. Porrò, x, y, z, Græcorum ſunt.

Pag. ead. ℣. 19. Ἔστι ἢ ταῦτα.] Septem vocales Græcorum Latini habent. α Græcum, a Latinum exprimit: ε, Latinum e breve: η, e longum: ο Græcum, o breve Latinum: υ, u commune Latinum: ω, o longum Latinum: η enim Græcorum, duplex e ε valet, ω autem duplex o o.

Digitized by Google

Pag. 94, ℣. 16. Αὐτῶν ᾗ τ μακρῶν.] A longum non tantum apud Græcos, ſed apud Latinos etiam ſonantiſſimum eſt: ut, *fatum amabant.* Cicero Accuſ. 6, *Propter eſt ſpelunca quædam, converſa ad Aquilonem, infinita altitudine.* Apud eundem (in Tuſcul. Quæſt. cap. 9, lib. 2.) extant è Trachiniis Sophoclis converſa carmina, mira ſuavitate A repetitâ.

Hæc dextra Lernam tetram, maculata excetra,
Placavit: hæc bicorporem afflixit manum:
Erymanthiam hæc vaſtificam abjecit beluam:
Hæc à Tartarea tenebrica extractum plaga
Tricipitem eduxit Hydra generatum canem.

Virgil. Æneid. 9, ℣. 50.

Maculis quem Thracius albis
Portat equus, criſtaque tegit galeâ aurea rubra.

et lib. 7mo ℣. 785.

Crinita juba galea alta Chimeram.

Pag. ead. ℣. ult. Δεύτερον ᾗ τὸ η.] Secundum locum obtinet apud Latinos E longum.

Ovid. *Ut flerent, oculos erudiere ſuos.*

Virg. Æneid. 2.

Conticuere omnes, intentique ora tenebant.

et, *Quæ tantæ tenuere moræ?* et, *Incubuere mari.* et, *O terque quaterque beati.*

Pag. 96, ℣. 3. Τρίτον ᾗ τὸ ω.] Tertium locum obtinet O longum: Cicero, *Ego omni officio cæteris ſatisfacio omnibus.* Et pro Roſcio cap. 1. *Credo ego vos, judices, mirari.* Et, *Video P. C. in me omnium ora atque oculos eſſe converſos: video vos non ſolùm de veſtro ac Reipublicæ, verum etiam, ſi id depulſum ſit, de meo periculo eſſe ſollicitos.*

Virg. Æneid. 5. ℣. penult.

O nimium cælo & pelago confiſe ſereno.

Pag. ead. ℣. 5. Ἐσι ᾗ ἦτλον τύτῳ τὸ υ.] Non inferiorem vim habet u Latinorum; ſed tum ſonantius, cum eſt longum: ut Virg.

Nos patriam fugimus: tu, Tityre lentus in umbra.

Pag. ead. ℣. 7. Ἔχαλον ᾗ πάντων τὸ ι.] I Latinum,

* Lego, *placavit.*

quem-

Digitized by Google

quemadmodum duplex est, longum & breve: ita etiam suave, vel insuave est. I breve minùs suave est, ut *imitari*. cum longum est, semper est sonans, & tum præsertim, cum insignis est collocatio: ut Virg. Ecl. 8. ℣. 41.

Ut vidi, ut perii, ut me malus abstulit error!

In *perii* tantam vim habet littera I, ut ab insequente u non fit absorpta.

Pag. ead. ℣. 10. Τῶν ᾗ βεφχίων.] E Latinum breve, minus aures ferit: O autem breve laudatur magis, propter sonum pleniorem & rotundiorem. Exemplum e brevis apud Ciceronem in Tusc. *Neque te mei miseret, surge & sepeli natum.* Et Virg. Æneid. 1.

Contigit oppetere.

Pag. 98, ℣. 26. Ἡδυώ μὲν δὴ αὐτῶν τὸ λ.] Littera L suavis est. ut Virg. *Qui legitis flores.* et Æneid. 8. ℣. 140.

At Majam, auditis si quicquam credimus, Atlas,
Idem Atlas generat, cæli qui sidera tollit.

Contrariam autem naturam L & r obtinent. Nam ut r asperum quid, ita L humile denotat. ideo res humiles litera L designat. ut, *Labella, tenella, mollicellum, suaviolum.* Virg. *Mollia luteolâ pingit vaccinia calthâ.* et Catullus, *Turgiduli ocelli.* Virg. *Si quis mihi parvulus aulâ Luderet Æneas.* Autor ad Heren. lib. 4. *Qui tuo nomine velis èx aliorum laude libare laudem.*

Pag. 100, ℣. 1. Μέσως δὲ πως.] M adhibetur, ubi res magna vel machina describitur: Virg. 1. ℣. 61. *Molemque & montes insuper altos.* Propter mollitiem autem apud Latinos contrahitur; quanquam suam gravitatem retinet.

Pag. ead. ℣. 3. Ἀχαιὸς ᾗ ἡ ἀηδὲς τὸ σ.] Ideo propter frequentem repetitionem S, non satis illa Ciceronis initio *Topicorum* congruunt: *Majores nos res scribere ingressos, C. Trebati, & iis libris, quos brevi tempore satis multos edidimus, digniores, è cursu ipso revocavit voluntas tua.*

Quanquam animadvertitur, quoties moderatè sumitur, neque mollem, neque barbarum sonum efficere: suavis enim versus ille 1 Georg. ℣. 389.

Et

Digitized by Google

Et ſola in ſiccâ ſecum ſpatiatur arenâ.

et ille virilis, Æneid. 5, ℣. 46.

Annuus exactis completur menſibus orbis.

Pag. 102, ℣. 1. Τελῶν ὃ Ψ ἄλλων.] Ψ Litera apud Latinos non eſt, nec ζ: fulciunt tamen hæc duo elementa imitationem, quæ à ſimilibus literis fieri ſolet. Nam una quæpiam vox, in qua ζ ſit, adjuncta aliis ubi S repetitur, illam adjuvat. Ψ verò, etſi non eſt apud Latinos, tamen ejus ſonum imitatur ſyllaba ex duabus conſonantibus P S. ut Æneid. 1. ℣. 118. *Ipſius ante oculos ingens à vertice pontus.* Cum autem eſt vehemens aliquid exponendum, non P S rectum ponitur, ſed etiam inverſum: ut, Æneid. 7, ℣. 568. *Hic ſpecus horrendum, ſævi ſpiracula Ditis.* Z autem Virg. uſurpat: ut, *Troja gaza per undas:* et, *nemoroſa Zacynthos.* et, *Liquitur & Zephyro putris ſe gleba reſolvit.* X etiam non inſuave: ut *Ovid. Xanthe retro propera.* et, *Pabula gaſtâſſent Trojæ, Xanthumque bibiſſent.* Virg. Æneid. 1, ℣. 473.

Pag. 102, ℣. 7. Τῶν ὃ καλυμένων ἀφώνων.] Mutæ quia per ſe ſonare non poſſunt, hoc nomen ſortitæ ſunt. Harum omnium natura eſt, ut linguam inter pronunciandum remorentur, & quaſi cum faſtidio fine labore quodam vocum pronunciationem efficiant. Latini autem carent mutis, quæ referant χ & ϑ: quanquam loco χ, utantur c cum aſpiratione: ut *Achaïca caſtra.* Et ϑ ſit apud Latinos ex T & aſpiratione; ut, *thorus, thalamus.* Additur vocalis V conſonans facta, quæ etiam mutæ naturam referre videtur. Habent autem & apud Latinos ſimilitudinem inter ſe mutæ. Nam β π φ, ſunt inter ſe ſimilia, tenuitateque & denſitate differunt. Latini autem *b p f* habent: aliquando p cum aſpiratione ponunt, & referunt Græcorum φ. Deinde γ κ χ Latinis efferuntur per *g c* & *ch.* Tantam autem ſimilitudinem inter ſe G & C habent, ut altera in alteram tranſeat: ut, *Gurgulio, Curculio.* Imo & pronunciationis ſimilitudo fallit aliquando aures; ut, *Longa canoros,* et, *—Pelago confiſe:* et,— *Grates perſolvere.* et,—*Umbonum crates.*——Quod apparet itaque in illo lib. 4. Georg. ℣. 35.

Digitized by Google

¥. 35. *Nam frigore mella Cogit hyems.* Eandem autem vim concedere poterimus ipſi C, quæ eſt G. diſcrimen tamen eſt inter hæc duo elementa, quod cum G pronunciamus, lingua versùs interiorem partem retrocedit, & ſonum ipſius C quodammodo aſperat. C verò etiam ſi palato proferatur, non tamen lingua intus coit: ex quâ retroceſſione, fieri remorationem putandum eſt. Quoniam autem G & C ſimilia ſunt, Q autem pariter ſimile eſt ipſi C: ſequetur inter Q & C eſſe etiam convenientiam. Solum intereſt, quod Q U vocalem ſemper quærit, & hoc facit ſonum etiam paullo differentem. Verum ubi poſt G etiam U ponitur, vix agnoſci poteſt pronunciationis diſcrimen, ut, *linguam*, & *linquam*. Verum, quod Q ſimilis ſit ipſi C, ex eo colligere licet, quia nonnulla ſunt nomina, quæ inflectione partim per Q, partim per C, variantur: ut, *Quis*, *quem*, *cui*, *cujus*: et verba, ut, *Sequor*, *ſecutus*; *alloquor*, *allocutus*. Hinc aliqui *Quotidie* ſcribunt; alii malunt *Cotidie*. quidam *Quum*, alii *cum*. Præterea δ, τ, θ, Græcorum referunt Latinorum d, t, th. Quæ autem hîc ab authore obſervantur de qualitate harum conſonantium, etiam apud Latinos obſervari poſſunt.

Pag. 104, ¥. 20. Ἔσαι ἢ τῦτο φανερόν.] Hoc idem apud Latinos obſervatur, apud quos brevibus ſyllabis ſunt breviores, & longis longiores. Nam E in dictione *Ego*, brevis eſt: ſi addideris R, & dicas *Rego*, eſt quidem brevis, non tamen ſimiliter. tum ſi adhuc addas unam conſonantem, & dicas *Tremo*; jam plus eſt additum: quòd ſi dicas *Strepo*, prima ſyllaba eſt longior, quàm illa quæ breviſſima eſt. Similiter longa eſt prima τῆ *Ora*: longior eſt *Os*: longior hac *Dos*: porrò longiſſima *Glos*: quòd ſi dicas *Scrobs*, * omnes illas ſuperabit. Ejuſdem itaque legis non eandem quantitatem ſyllaba retinet, ſed longior breviorque fit additione detractioneque conſonantis, quæ vocalem præcedit. Nec immeritò Græci non à ſequente, in pleriſ-

* Parum rectè: quia litera o in voce *ſcrobs*, brevis eſt: ut videmus ex obliquis caſibus.

que

Digitized by Google

que quantitatem, ſed à feriente vocalem litera metiuntur: conſiderantque, non quanta ſit vocalis, ſed quæ majoris ponderis & ſoni. Inde A. Gellius (lib. 9, cap. 6.) minus intellexit, quid Grammatici doctiſſimi de duobus hiſce verbis, *Dictito* & *Actito*, pronunciârunt: quia non originis, aut conjugationis proculdubio rationem haberi voluerunt, ſed literarum. Nam in *Actito* latioris literæ hiatus, primam ſyllabam diutius retinet ac remoratur: in *Dictito* autem, (quandoquidem linguæ plectrum, eodem modo actum, eodem recutit, cumque ejuſdem literæ ſono in eodem ſitu reperitur) ſine morâ, & celeri ſeu frequenti motu ſyllabam confecit. Quare longam dixerunt primam in *Actito*, brevem in *Dictito*: non quòd brevis hæc ſit, & unius temporis ſyllaba, quæ poſitione producitur duarum conſonantium; ſed non ita longa, atque alia eſt. Quare non tantum literarum coitione augeſcunt ſyllabæ, aut decreſcunt: ſed etiam ipsâ vocalium naturâ, uti oſtendimus.

Pag. 110, ℣. 6. Ἐπὶ μὲν προσλωίμων.] Sic Virgilius extendit ſyllabas, frequenti O, rerum extenſionem imitatus: ut, Æneid. lib. 4.

Et fœmineo ululatu. et Æneid. 3, ℣. 672.

Clamorem immenſum tollit; quo pontus, & omnes
Intremuere undæ. et Æneid. 5, ℣. 245.

Victorem magnâ præconis voce Cloanthum.

Jam verò illud in Græco ἐρέσσομένης vehementiam & impetum undarum ſignificat. ρ enim celeritatem notat: Sic Virg.

Intremuere undæ. et lib. 1, Æneid. ℣. 117.—*Rapidus vorat æquore vortex.*

Pag. ead. ℣. 9. Ἐπὶ ᾗ τῦ τυφλωμένυ.] Doloris magnitudo, & ponderis gravitas, oſtenditur ab Homero dictione στεναχων. Nam τ gemitum ſignificat & dolorem: ut, Æneid. 2, ℣. 69.

Heu! quæ nunc tellus, inquit, quæ me æquora poſſunt
Accipere?

Gravitas

Digitized by Google

Gravitas ponderis exprimitur verbis illis, Χερσὶ ψηλαφόων· ϱ enim & σ coire non possunt; unde mora quædam in allevando pondere. Sic Virg. Æneid. 3, ℣. 566. gravitatem percussionis expressit his versibus,

Ter scopuli clamorem inter cava saxa dedere:
Ter spumam elisam, & rorantia vidimus astra.

P vero significat perseverantiam sive studii, sive mandati; nam non violento motu fertur. ut, Æneid. 4, ℣. 338.

—Ille patris magni parêre parabat
Imperio.

Ubi vero ipsi σ admiscetur, quædam assiduitatis compressio, atque agitatio denotatur. ut Æneid. 1, ℣. 118.

Ipsius ante oculos ingens à vertice pontus
In puppim ferit.

Pag. ead. ℣. 16. Οὐδ' εἴ κεν μάλα.] Celeritatem dactylis expressit Homerus. Virg. Æneid. 4, de eodem Mercurio,

——— Turbida tranat
Nubila: jamque volans apicem, & latera ardua cernit
Atlantis duri.

Pag. ead. ℣. 18. Χρόνῳ Μήκϖ.] Temporis longitudo: ut, Virgilius, Æneid. 1, ℣. 272.

Hic jam tercentum totos regnabitur annos. vocali O diduxit temporis spatium. Et Æneid. 3. ℣. 284.

Interea magnum sol circumvolvitur annum.

Pag. ead. ℣. 19. Σώμαϊϖ μίσεϐϖ.] Corporis magnitudo: ut, Virg. Æneid. 7, ℣. 783.

Ipse inter primos præstanti corpore Turnus. Nam ipso P quasi plausum quendam facit, & I elevationem.

Pag. ead. ℣. 19. Πάθες ὑπερϐολῶ.] Ut, Æn. 9, ℣. 176. *Excussi manibus radii, revolutaque pensa.* Et gaudii magnitudo celeritate carminis lib. 7, ℣. 122. Æneid. exprimitur:

Hic domus, hæc patria est. genitor mihi talia, (namque.

Pag. 112, ℣. 4. Ἀμϐλήδλω.] Dolor per syllabam βλη, & vocales ο, ο, ω, exprimitur. Sic Virg. Æneid. 9, ℣. 477.

Digitized by Google

℣. 477. litera L dolorem notat, & gemitum per vocales e, o, u: ut,

Evolat infelix, & fœmineo ululatu, Scissa comam.

Pag. ead. ℣. 6. Ἡνίοχοι.] Exemplum de equis Achillis. Sic Virg. Æneid. 12, ℣. 469.

Aurigam Turni media inter lora Metiscum
Excutit, & longè lapsum temone relinquit:

Pag. 114, ℣. 3. Ῥοχθεῖ δὲ μέγα.] Sic Virg. Æneid. 1, ℣. 108. fluctum frementem exprimens, utitur litera r:

Tres Notus abreptas in saxa latentia torquet.

Pag. ead. ℣. 4. Αὖτις δέ.] Similiter Virg. de columba, Æneid. 5, ℣. 512.

Illa Notos atque atra volans in nubila fugit.

Pag. ead. ℣. 5. Αἰθάλῳ.] Sic Virg. lib. 1, ℣. 207. tempestatem furentem exprimit,

——*His unda dehiscens*
Terram inter fluctus aperit; furit æstus arenis.

Pag. ead. ℣. 6. Σκίπλει.] Virg. lib. 5, ℣. 438.

Corpore tela modò, atque oculis vigilantibus exit.

Pag. ead. ℣. 10. Ὑφ' ὧν ἐδιδάχθημεν.] Animalibus voces ita attributæ sunt, ut naturam eorum exprimere videantur. Unde cervorum est, *hardire & rugire*: Gloss. * ἔλαφος κεκράγει, *hardit & rugit*. Varro Aboriginibus: *Mugit bos, ovis balat, equi hinniunt, gallina pipat, grunnit sus: tepido lacte satur molâ mactatus porcus.* Ælius Spartianus in Getæ vitâ: *Familiare illi fuit has quæstiones Grammaticis proponere, ut dicerent, singula animalia quomodo vocem emitterent: velut, agni balant, porcelli grunniunt, palumbes minuriunt, ursi sæviunt, leones rugiunt, leopardi rictant, elephanti barriunt, ranæ coaxant, equi hinniunt, asini rudunt, tauri mugiunt.* Sic etiam dices, *hirundines fritinnire, corvos crocitare, turtures gemere, lupos ululare:* ut & caninum genus, cui etiam attribuitur *nictare, latrare, gannire, hirrire, ringere:* asini *rudunt*, hirci *hirquitalliunt, ganniunt* vulpes, cygni *drensant*, anseres *gingriunt*, cameli *blaterant*, gallinæ *glociunt*

* Andreas Schottus Observ. Poet. lib. 2, cap. 51. ἀλίφας legit. quamobrem non video. Glossarium consule.

unt

unt, & glocitant: miluï *jugerunt*, grues *gruunt*, minutæ aves *minuriunt:* ut Festus docet.

Pag. 116, ỳ. 25. Ἡ δ' ἴεν ἐκ θαλάμοιο.] Sic Virg. Æneid. 1, ỳ. 496.

Regina ad templum formâ pulcherrima Dido
Incessit, magnâ juvenum stipante catervâ.
Qualis in Eurotæ ripis, aut per juga Cynthi
Exercet Diana choros.

et Æneid. 12, ỳ. 67.

Indum sanguineo veluti violaverit ostro
Si quis ebur, vel mista rubent ubi lilia multâ
Alba rosâ; tales virgo dabat ore colores.

Pag. 118, ỳ. 11. Σμερδαλέῳ δ'.] Sic Virg. Æneid. 12, ỳ. 332.

Sanguineus Mavors clypeo increpat, atque furentes
Bella movens immittit eques. et,
Iræque, Insidiæque, Dei comitatus, aguntur.

et, 10, ỳ. 591.

Quem pius Æneas dictis affatur amaris.

et, Æneid. 8, ỳ. 433.

Parte aliâ Marti currumque rotasque volucres
Instabant; quibus ille viros, quibus excitat urbes:
Ægidaque horriferam, turbatæ Palladis arma,
Certatim squammis serpentum, auroque polibant,
Connexosque angues, ipsamque in pectore divæ
Gorgona, defecto vertentem lumina collo.

Pag. ead. ỳ. 18. Ὡς δ' ὅτε χειμάρροος.] Virg. Æneid. 10, ỳ. 603.

———*Torrentis aquæ, vel turbinis atri*
More furens,

et, Æneid. 2, ỳ. 496.

Non sic, aggeribus ruptis cùm spumeus amnis
Exiit, oppositasque evicit gurgite moles,
Fertur in arva furens cumulo, camposque per omnes
Cum stabulis armenta trahit.

Pag. 120, ỳ. 1. Δεινὸν δ' ἀμφ' Ἀχιλῆα.] Sic Virg. Æneid. 10, ỳ. 305. de nave Tarchontis,

Solvitur, atque viros mediis exponit in undis:

. . . . . *Fragmina*

Digitized by Google

Fragmina remorum, quos & fluitantia transtra
Impediunt, retrahitque pedes simul unda relabens.

Pag. ead. ℣. 8. Σὼ ᾧ δύω μάςψας.] Virg. Æneid. 3, ℣. 623.

Vidi egomet, duo de numero cùm corpora nostro
Prensa manu magnâ, medio resupinus in antro
Frangeret ad saxum, sanieque adspersa natarent
Limina: vidi, atro cùm membra fluentia tabo
Manderet, & tepidi tremerent sub dentibus artus.

et Æneid. 1, ℣. 44.

Illum exspirantem transfixo pectore flammas
Turbine corripuit, scopuloque infixit acuto.

Pag. 122, ℣. 14. Βοιωτῶν μὲν Πλωτίλεως.] Sic Virg. Georg. 4, ℣. 334.

——Eam circum Milesia vellera Nymphæ
Carpebant, hyali saturo fucata colore:
Drymoque, Xanthoque, Ligeaque, Phyllodoceque,
Cæsariem effusæ nitidam per candida colla:
Nesæe, Spioque, Thaliaque, Cymodoceque,
Cydippeque, & flava Lycorias; altera virgo,
Altera tum primos Lucinæ experta labores:
Clioque & Beroe soror, Oceanitides ambæ,
Ambæ auro, pictis incinctæ pellibus ambæ,
Atque Ephyre, atque Opis, & Asia Deïopea;
Et tandem positis velox Arethusa sagittis.

et Æneid. 2, ℣. 261.

Thessandrus, Sthenelusque duces, & dirus Ulysses,
Demissum lapsi per funem, Acamasque, Thoasque,
Pelidesque Neoptolemus, primusque Machaon,
Et Menelaus, & ipse doli fabricator Epëos.

et lib. 7, ℣. 710.

Una ingens Amiterna cohors, priscique Quirites,
Ereti manus omnis, oliviferæque Mutuscæ:
Qui Nomentum urbem, qui Rosea rura Velini,
Qui Tetricæ horrentis rupes, montemque Severum,
Casperiamque colunt, Forulosque, & flumen Himellæ:
Qui Tiberim Fabarimque bibunt, quos frigida misit
Nursia, & Hortinæ classes, populique Latini:
Quosque secans infaustum interluit Allia nomen.

Pag.

Digitized by Google

Pag. 126, ℣. 7. Ἄεῖε ϑ σύ.] Simile carmen ex pyrrhichiis apud Marium Victorinum lib. 3.

Id agite, peragite celeriter.

Pag. ead. ℣. 10. Ποίαν δήθ' ὁρμάσω.] Sic ille versus Ennii ex puris spondeis:

Olli respondit rex Albaï longaï.

et Lucretii lib. 6, ℣. 1133.

* *An cœlum nobis naturam intro corruptam.*

Pag. ead. ℣. ult. Ἐγὼ σχολή.] Horat. Epod. 2.

Beatus ille, qui procul negotiis.

Pag. 128, ℣. 2. Θῦμε θῦμ'.] Exemplum trocheorum erit in illo carmine Mauri Terentiani, lib. 1.

Roma, Roma, cerne, quanta sit Deûm benignitas.

et lib. 2.

Phœbe, tu lyrâ sonante, flecte corda, cum sorore canticisque.

Pag. ead. ℣. 9. Βρόμιε δορυτρόφορε.] Apud eundem sunt tribrachi, seu proceleusmatici, in his:

Nemus ave reticuit, ager homine sonat.

item,

Perit, abit avipedis animula leporis.

Pag. 128, ℣. 16. Ὦ Ζεῦς.] Molossi in hoc carmine apud eundem, eodem libro:

Ite, ô Parcæ primores fausteæ, nunc Parcas ducentes.

Pag. ead. ℣. 22. Ἰαχὲ διθυραμβε.] Sic illa apud Virgil. Ecl. 8. ex Amphibrachis constabunt,

—Ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.

Pag. ead. ℣. 17. Βαρύ μοι.] Cicero anapæstis utitur,

Tibi causam aliquam reditûs darem.

purum anapæsticum apud Marium Victorinum tale est:

Nitet aurea purpureæ Veneris coma resecida, lactea cervix.

Pag. 130, ℣. 3. Ἰλιόθεν μέ.] Ex dactylis illud Virg. Æneid. 9, ℣. 503. constat:

At tuba terribilem sonitum procul ære canoro.

et illud Georg. lib. 3, ℣. 284.

Sed fugit interea, fugit irreparabile tempus.

* Variè hic versus legitur: quem Faber ita exhibet,

An cœlum nobis ultro natura cruentum.

Digitized by Google

Pag. 132, ℣. 3. Οἱ δ' ἐπείσονλο.] Sic Cretici apud Terentium in *Andria*, Act. 4. Sc. 1, ℣. 8. licet quarto in loco reſolvatur :

Tum coacti, neceſſariò ſe aperiunt : et timent.

Pag. ead. ℣. 5. Ἐὰν δ' ἢ ἀφχίω.] Rufinus de metris Comicis : *Ful. Cariſius de numeris Comicis ſic dicit, Bacchium metrum tale eſt :*

Bacchare, lætare, præſente Frontone.

Porrò exemplum Antibacchii habes apud Marium Victorinum lib. 2. in hoc carmine ; ſed tantùm in primis tribus pedibus :

Ab Euro ſonorum, quis Ætnæ per maria.

Pag. 136, ℣. 6. Οἱ μὲν πολλοὶ τῶν ἐνθάδε.] Apud Livium primam periodum elegantiſſimam dicere poſſumus, propter pedes, ex quibus conficitur, elegantes. Nam etſi quidam non admodum videantur exornare orationem ; tamen adeò quorundam bonitate vincuntur, ut non appareant. Eſt igitur principium hiſtoriæ ejus :

Facturuſne operæ pretium ſim, ſi à primordio Urbis res Populi Romani perſcripſerim, nec ſatis ſcio ; nec ſi ſciam, dicere auſim. Quippe qui quum veterem tum vulgatam eſſe rem videam, dum novi ſemper ſcriptores, aut in rebus certius aliquid allaturos ſe, aut ſcribendi arte rudem vetuſtatem ſuperaturos credunt.

Periodus hæc elegantiſſimis pedibus conſtat. Primum membrum duodecim pedes continet. Primus eſt ſpondeus, gravis & honorandus : alter (* non colliſis vocalibus) dactylus pulcher & ſplendidus : tertius amphibrachys, qui mollis quidem, ſed à ſequenti hypobacchio, qui gravis & magnificus eſt, excipitur duobus ſpondeis conſequentibus, cum hypobacchio, deinde & ſpondeo. ſequitur deinde anapæſtus, quem venerandum, & amplitudini aptiſſimum dixit Dionyſius : hunc duo ſpondei, cum ultimo Cretico, quem generoſum

* Malè. colliduntur enim vocales, quemadmodum multi annotârunt, ut ſit heroici carminis hemiſtichium, *Facturuſne operæ pretium ſim.*

author

Digitized by Google

author docet, conſequuntur. Alterum membrum, *Nec ſatis ſcio; nec ſi ſciam, dicere auſim.* Hic quinque pedes contineri videas. Primus eſt Creticus, alter hypobacchius, tertius Creticus, quartus dactylus, quintus ſpondeus. Ad finem periodi, viginti quatuor pedes numerantur, omnes elegantes, quarto decimo excepto. Horum primus eſt Creticus, alter dactylus: tum duo ſpondei; quintus Bacchius, qui virilis cenſetur, ſextus dactylus cum ſpondeo ſeptimo; octavus hypobacchius, cum quatuor ſequentibus ſpondeis: tertius decimus eſt Bacchius: quartus decimus tribrachys, ſed à quinque ſpondeis ſequentibus obſcuratur: vigeſimus, & vigeſimus primus ſunt hypobacchii, vigeſimus ſecundus eſt dactylus, vigeſimus tertius eſt moloſſus, ſummæ dignitatis & amplitudinis; ultimus ſpondeus.

Pag. 138, ℣. 12. Ἐρέῳ μὲν ἡμῖν.] Salluſtius in bello Catilinario, *Omnes homines, qui ſeſe ſtudent præſtare cæteris animalibus, ſummâ ope niti decet, ne vitam ſilentio tranſeant, veluti pecora; quæ natura prona, atque ventri obedientia finxit.* Periodo hac viginti tres pedes continentur: Primus ſpondeus, alter anapæſtus, tertius ſpondeus, quartus Creticus, quintus Bacchius, ſextus dactylus, ſeptimus anapæſtus, octavus hypobacchius, nonus dactylus, decimus Bacchius: undecimus cum duodecimo ſpondei, decimus tertius amphibrachys: hunc ſequitur ſpondeus, quem denuo duo amphibrachii. Hîc quoque nullus pes eſt, qui gravitatem orationis impediat. Rufinus lib. de metris Comicis, *Nunc ſi videatur*, inquit, *Salluſtianæ periodi numeros inſpiciamus.* Res popu- *dactylus* | li Romani Marco, *tres ſpondei* | Lepido, *anapæſtus* | Quinto Catulo, *ſpondeus, & anapæſtus* | Conſulibus, *Pæan primus* | ac deinde, *dichoreus, ſive ditrochæus* | militi- *dactylus* | æ & domi, *Creticus* | geſtas, *ſpondeus* | compoſui, *choriambus, ex longâ & brevi, brevi & longâ.*

Pag. 140, ℣. 8. Ἡ παρέλασσεν.] Adhibet carmen Homeri ex Iliad. ψ. quod etiam Virg. 5, Æneid. ℣.

Digitized by Google

325. expreſſit;——*Spatia & ſi plura ſuperſint, Tranſeat elapſus prior, ambiguumque relinquat.*

Pag. ead. ỳ. 16. Ἐνὸς ἔτι παρεθήσομαι.] Demoſtheni Ciceronem opponamus, qui orationem poſt reditum in Senatu, à graviſſimis pedibus inchoat. Ejus itaque prima periodus eſt; *Si, Patres conſcripti, pro veſtris immortalibus in me, fratremque meum, liberoſque noſtros meritis, parum vobis cumulatè gratias egero.* In hoc primo membro pedes præſtantiſſimi quindecim ſunt. Primi tres moloſſi, quartus ſpondeus, quintus dactylus, hunc ſequitur ſpondeus cum Bacchio, mox amphibrachii duo, quos excipit ſpondeus cum anapæſto: rurſus * amphibrachys cum hypobacchio, ad extremum duo Cretici. Alterum membrum: *Quæſo, obteſtorque, ne meæ naturæ potius, quàm magnitudini veſtrorum beneficiorum, id tribuendum putetis.* In hoc membro ſunt pedes tredecim: primi duo ſpondei, tertius Creticus, quartus hypobacchius, quintus Bacchius; hunc ſequitur hypobacchius, mox Creticus cum hypobacchio; hunc ſequitur Bacchius: decimus eſt tribrachys, ſed bonitate aliorum pedum obſcuratur; undecimo loco ponitur Creticus, duodecimo anapæſtus: hos claudit dichoreus, familiaris Ciceroni. Sic in oratione pro Milone, *Etſi vereor, Judices, ne turpe ſit, pro fortiſſimo viro dicere incipientem, timere.* Primus pes ſpondeus eſt, ſecundus anapæſtus, ſpondeo par intervallo, non ſyllabis: tertius amphimacer, utroque gravior; quartus rurſum ſpondeus: quintum locum tenet iambus, ſexto loco ſpondeus, ſeptimo iterum amphimacer: octavo iambus ſecundus: nono amphimacer tertius: decimo tertius anapæſtus, omnes pedes nobiles, & generoſi.

Pag. 144, ỳ. 5. Οἷς ἢ μὴ ἐγένετο.] Quod Dionyſius in Hegeſia oſtendit exemplum ineptæ collocationis, etiam in Latino hiſtorico Hegeſippo oſtendi poteſt, quanquam in alio affectu. Nam apud hunc equis diſtrahitur rex vivus; apud illum autem mater deplo-

* Perperam *vobis* omiſerat Bircovius: hìc ergo amphibrachys conficitur ex *parum* & primâ in *cumulatè*.

rat

rat filium, quem putavit interfectum. Hunc ergo affectum ita describit lib. 5, de excidio urbis Hierosolymitanæ, Cap. 23.

Comperto mater filii sui vulnere, & insultantium latronum conspernata vocibus, mortis ejus formidinem simul & fidem induit. miserabiliter quoque deplorare occæpit, ad hos fructus fœcunditatis se reservatam, ut nec officio viventis filii potiretur, nec sepeliret defunctum. Voti quidem sui fuisse, ut ipse potius matri sepulturam daret; inter ejus manus supremum exhalaret spiritum. Ille frigidos artus deficientis foveret: ille ultimos ore anhelitus legeret: ille oculos morientis clauderet; ille spirantia adhuc ora componeret. Sed quia voto exciderat, solatium fuisse, si vel ipsa interesse potuisset filii morientis supremis. Miserabili quidem sorte, sed tolerabili tamen, ut quem superstitem optaverat, ejus vel funus teneret. Verumtamen vel de muro, inquit, spectare mihi mea funera liceat: & si contingere non licet, utinam quidem nemo arceret. Sed quem metuam tanto destituta filio? Quid pertimescam, cui beneficium est mori? utinam in me tela sua omnes contorquant. omnes gladio me transfigant: quod vivens non potui, saltem filii mei corpus veste meâ protegam. Abundat unius vestimentum ad sepulturam duorum: & fortasse quisquam hostium miserebitur, ut amictu filii matris oculos tegat, & oculos oculis, manus manibus, ori ora connectat. Proripiens itaque se ad muros, cælum ipsum miserabili questu replebat. Insultabant sui, flebant Romani: apud socios crudelitas, apud hostes misericordia. Figite (*inquit*) me, si qua est pietas; ego genui, quem persequendum putatis. Ego infelicia ubera dedi; me extinguite, si de illo vindictam quæritis. Eundem affectum Virgilius quantâ suavitate protulerit, lib. Æneid. 9, ℣. 743. legenti conspicuum erit.

Interea pavidam volitans pennata per urbem
Nuntia fama ruit, matrisque adlabitur aures
Euryali: at subitus miseræ calor ossa reliquit.
Excussi manibus radii, revolutaque pensa.

Digitized by Google

Evolat infelix, & fæmineo ululatu,
Scissa comam, muros amens atque agmina cursu
Prima petit. non illa virûm, non illa pericli
Telorumque memor: cœlum dehinc quæstibus implet.
Hunc ego te, Euryale, aspicio? tune ille senectæ
Sera meæ requies; potuisti linquere solam,
Crudelis? nec te, sub tanta pericula missum,
Adfari extremum miseræ data copia matri?
Heu, terrâ ignotâ, canibus data præda Latinis
Alitibusque jaces! nec te tua funera mater
Produxi, pressive oculos, aut vulnera lavi,
Veste tegens; tibi quam noctes festina diesque
Urgebam, & telâ curas solabar aniles.
Quo sequar? aut quæ nunc artus, avolsaque membra,
Et funus lacerum tellus habet? hoc mihi de te,
Nate, refers? hoc sum terrâque marique secuta?
Figite me, si qua est pietas; in me omnia tela
Conjicite, ô Rutuli: me primam absumite ferro:
Aut tu, magne pater divûm, miserere, tuoque
Invisum hoc detrude caput sub Tartara telo:
Quando aliter nequeo crudelem abrumpere vitam.
Hoc fletu concussi animi, mœstusque per omnes
It genitus.

Pag. 150, ℣. 6. Ἡ ῥὰ νύ μιν Ἔκλυεν:] Eundem affectum Virg. expressit lib. 2. Æneid. ℣. 268.

Tempus erat, quo prima quies mortalibus ægris
Incipit, & dono divûm gratissima serpit.
In somnis, ecce! ante oculos mœstissimus Hector
Visus adesse mihi, largosque effundere fletus;
Raptatus bigis, ut quondam, aterque cruento
Pulvere, perque pedes trajectus lora tumentes.
Hei mihi, qualis erat! quantum mutatus ab illo
Hectore; qui redit exuvias indutus Achillei,
Vel Danaûm Phrygios jaculatus puppibus ignes!
Squalentem barbam, & concretos sanguine crines,
Vulneraque illa gerens, quæ circum plurima muros
Accepit patrios,

Pag.

Digitized by Google

Pag. 156, ỳ. 11. Ἡ ἡ περὶ λέξις.] Numerum atque concentum ad amuſſim examinari, veteres in ſolo carmine, & poëmate voluerunt, non item in ſermone. Cauſa fuit, quoniam in illis totum hoc quærebant, quod Græce dicunt ἔμμελες & ἔῤῥυθμον. In oratione itaque ſolutâ, non cernitur hæc harmoniæ perfectio: ſed tamen obſcurè adhibetur. Hæc diligentia cùm commendetur à Dionyſio in Græcis, in Cicerone etiam obſervari poteſt. Proponamus igitur loco exempli verba hæc, ex oratione pro Milone: *Eſt enim, judices, hæc non ſcripta, ſed nata lex: quam non didicimus, accepimus, legimus; verùm ex naturâ ipsâ arripuimus, hauſimus, expreſſimus: ad quam non docti, ſed facti: non inſtituti, ſed imbuti ſumus.* In hoc exemplo quatuor *metaboles* concinnitatis partes obſervare poteris, ſi paullum ordinem mutaveris: erit enim ſtrophe, *Hanc non didicimus, accepimus, legimus:* ſequitur antiſtrophe, principio ſimilis; *Verùm ex naturâ ipsâ arripuimus, hauſimus, expreſſimus:* poſtea ſequitur extenſio, *Ad quam non docti, ſed facti; non inſtituti, ſed imbuti ſumus.* claditur epiphonemate, tanquam epodo, *Hæc enim lex, judices, non ſcripta, ſed nata eſt.* Hujus ergo loci in hunc modum diſpoſita concinnitas, quatuor *metaboles* partes habebit manifeſtas.

Pag. 160, ỳ. 18. Ὁμολογημένως δὴ πρεπόν.] Decorum poſitum eſt, vel in ſermone moribus perſonæ idoneo, ſcilicet ut temerè loquatur puer, ſolicitè mater, perturbatus exclamet: ut, Æneid. 2, ỳ. 66.

Namque, ut conſpectu in medio turbatus inermis
Conſtitit, atque oculis Phrygia agmina circumſpexit:
Heu! quæ nunc tellus, inquit, quæ me æquora poſſunt
Accipere?

vel in aptâ compoſitione verborum, quaſi res ipſa ante oculos habeatur: non ſolùm enim perſonæ moribus neceſſe eſt convenire dictionem, ſed etiam rebus.

Digitized by Google

Pag. 164, ℣. 2. Ὁ ποιῶν ἄνθρ ὁ δαιμονιώτατος.] Hoc idem πρέπον in Virgilio videre possumus. Examinemus enim eâdem formâ aliquot exempla, & primo ex lib. 2, Æneid. ℣. 237.

—*Scandit fatalis machina muros,*
Fœta armis.

hîc quasi oculis tarditas illa primùm spondei, deinde molossi, & literarum ἀνίλυσία, trahentium conatum, ipsiusque machinæ pondus & resistentiam ostendit. *Scandit fatalis*, hîc videtur vix posse subduci: deinde quasi in declive aliquod protracta, paullulum decurrit dactylo & spondeo, *Machina muros*. Rursum resistens, ut fieri solet, succumbentibus molliter viribus hominum, subsistit etiam, *Fœta armis*. nec tantùm subsistit ratione pedum, sed etiam lassitudinem trahentium, interceptionem spiritûs, collisione vocalium expressit. Item illud, quod sequitur,

Illa subit, mediæque minans illabitur urbi.

Hîc syllaba *Nans*, veluti pendèntem, & tanquam suspensam anteriorem partem equi ostendit. Nam litera *N* naturâ sursum spiritum trahit, & linguam palato suspendit: tum quies inter hanc & secundam dictionem, motum dirimit, ut paullulum ex eo loco prospectâsse urbem totam undique arbitreris. Jam post parvam quietem, statim illa machina prona ruit; *Illabitur urbi*. Hîc ergo pedes exprimant rei naturam. Quomodo verò literæ exprimant naturas rerum, apud eundem multis locis notari potest, & primùm in illo, Æneid. 10, ℣. 336.

Et jacit; illa volans clypei transverberat æra.

Nam tres sunt in hoc versu varietates, à totidem rebus. Primò enim jactus est, qui per *T* repræsentatur, quia conatum ostendit: deinde volatum exprimit, qui per *L* literam sæpius inculcatam notatur: postremò, est armorum transverberatio, qui motus, quia est in re durâ & ferreâ, ideo per literam *R* exprimitur. Item lib. 2, Æneid. ℣. 304. multam vocum asperitatem, multumque horrorem in iis quæsivit, quæ naturâ sic erant:

In

In ſegetem veluti cùm flamma furentibus auſtris
Incidit, aut rapidus montano flumine torrens
Sternit agros, ſternit ſata læta, boumque labores;
Præcipiteſque trahit ſylvas: ſtupet inſcius alto
Accipiens ſonitum ſaxi de vertice paſtor.

Hic plures ſunt renitentiæ aſperitates, quàm dictiones. *Flamma furentibus auſtris: Torrens rapidus:* omnia hæc aſpera ſunt, & furorem imitantia: *Montano* vaſtum: in *Flumine* prima ſyllaba inſuavis eſt. *Sternit* aſperum eſt, cùm natura caninæ literæ, tum *antitypiâ* ejuſdem cum *N. Agros ſternit*, aſperum. *Sternit ſata læta*, diſyllabæ dictiones tres, duæ vaſtæ, una aſpera. *Boumque* mugitum refert, & ſonitum, quem inter montes referunt *catachyſmi. Præcipiteſque*, hîc eſt rictus caninæ literæ, nulla verò conſonans ſuavis, aut liquida mixta: quia etiam ipſæ vocales ſtridulæ, minimumque jucundæ ſunt. *Trahit ſylvas, antitypia T & S, L & V* conſonantis, & pluſquam agreſtis expreſſa natura ſemivocali *S.* quæ ſequuntur, non tam horrida videntur, quàm affecta. *Stupet* enim brevitate ſyllabarum & tenuitate conſonantium, ac vocalium ingratitudine, ſpiritum tanquam defeciſſe docet paſtoris illius, quem ſolitudo etiam deterrebat. *Inſcius alto* ſuavius eſt, & dignum miſericordiâ. Sic & mœſtum, quod ſequitur, ob vocalium triſtitiam. *Accipiens ſonitum ſaxi de vertice paſtor.* Aliud exemplum ex eodem lib. 2, Æneid. ℣. 172.

Vix poſitum caſtris ſimulachrum; arcere coruſcæ
Luminibus flammæ arrectis, ſalſuſque per artus
Sudor iit. terque ipſa ſolo (mirabile dictu)
Emicuit, parmamque ferens haſtamque trementem.

Hæc non tam à Sinone dicta, quàm timore & horrore ſignata eſſe videntur. Sic Cicero in Miloniana cap. 10. exiguas voces accumulans, muliebrem certè moram expreſſit: *Pauliſper, dum ſe uxor, (ut fit) comparat, commoratus eſt.* Dionyſii exemplum (ex Homero allatum) refert illud Virg. lib. 6. *Saxum ingens volvunt alii.* Nam denſitatem conſonantium inſuavium habet: canina ſiquidem litera in principio ponitur *S*; *A* verò

A verò amplitudinem habet: eliſio verò hiatum, & defatigationem deſignat: *antitypiam* verò, *S* & *V* conſonantes.

Pag. 180, ℣. 13. Ποιηλῶν μὲν ἓν Πίνδαρ&c.] Quæ in Pindari ode obſervavit Dionyſius; eadem obſervari poſſunt in illa Horatii Ode 12, Carm. lib. 1:

Quem virum, aut heroa, lyrâ, vel acri
Tibiâ ſumes celebrare, Clio?
Quem Deum? cujus recinet jocoſa
Nomen imago.

Hîc ſunt duo membra, duobus verbis clauſa. Primum membrum habet nomina appellativa quinque, unum adjectivum, præpoſitiones duas, infinitum unum, omnia appellativa aſpera. Nam *virum*, *heroa*, *lyra*, *acri*, propter frequens *R*, caninum quendam, & aſperum ſonitum faciunt. *Tibia*, propter repetitum *I*, motum ſignificat. Jam *ſumes* ingratum propter ſibilum, & *V* vocalem, & *M* quod os claudit. *Celebrare* verò, propter mutam & liquidam *B R*, aſperum. *Clio*, propter vocalium concurſum, ingens. Alterum membrum duo nomina ſubſtantiva habet, unum epitheton cum relativo, & unum verbum: quæ etſi ita grandia non ſunt, tamen ἀντιτυπίαν habent. Hæc de ſingulis verbis. Jam conjunctio verborum habent *antitypiam*. Nam *Quem virum*, propter *M* & *V* conſonantes, quæ in unam ſyllabam coire non poſſunt, *antitypiam* faciunt. Conjunctio *aut*, hiat propter eliſionem: *Heroa* amplum, propter vocalium διαίρεσιν, & amplitudinem: *Lyra*, *vel acri*, propter *I* & *A* repetitum, amplum eſt: & *ſumes celebrare*, propter *S* & *C*, *antitypiam* habent, & ſilentium inferunt: *Clio* hiatum refert.

Quem Deum? cujus recinet jocoſa
Nomen imago.

Habent ἀντιτυπίαν *M D*: deinde *M* & *C*, poſtea *S R*, poſt *T* & *J* conſonans. *Nomen imago*, propter *O* repetitum, & *A* penultimum, magnificam orationem habet.

Pag. ead. Δεῦτ' ἐν χοροὶν.] Hos *Pindari* verſus ſuis numeris reſtituit, Latinè interpretatus eſt, & pro eâ quâ

Digitized by Google

quâ pollet, humanitate mecum communicavit vir egregius, quo nemo fere mortalium de Græcis literis præclarius meritus est, *J. Barnesius*, amicorum optimus & integerrimus.

Δεῦτ' ἐν χορὸν, Ὀλύμπιοι,
Ἐπί τε κλυτὰν πέμπετε χάριν, θεοί·
Πολυβάθμου οἵτ' ἄστεος ὀμφαλὸν θυόεντα
Ἐν ἱεραῖς Ἀθήναις
Οἰκνεῖτε, παντοδαίδαλόν τ' ὄγκλεσι εἰλοχρῶτα.
Ἰοδέτων λάβετε στεφάνων
Τῶν εὐανθερέπλων λοιβάν.
Διόθεν τέ με σὺν Ἀγλαΐᾳ ἴδετε,
Ποικιλόσαυλες ἀοιδαῖς δεύτερον
Ἐπὶ κισσοδέταν Θεὸν,
Ὃν Βρόμιον, ὃν Ἐλικάων βροτοὶ καλέομεν·
Γόνον ὑπάτων παλαίων μέλπωμεν,
Γυναικῶν τε Καδμείαν Σεμέλαν.
Ἐν Ἀργείᾳ Νεμέᾳ μανίην ὑ λαυθάνῃ
Φοίνικος ἔργα, ὁπότ',
Οἰχθέντος Ὠρῶν θαλάμων,
Εὔοδμον ἐπαίωσιν ἔαρ
Φυλὰ νεολαίαια.
Τότε βάλλεν,
Τότ' ἐπ' ἄμβροτον χέρσον,
Ἐρατὰ τ' ἴων φόβα,
Ῥόδα τε κόμαισι μίσγυν.
Ὑμνεῖτ' ὀμφᾷ μελέων σὺν αὐλοῖς,
Ὑμνεῖτε Σεμέλαν ἑλικοβόμπυκα, χοροί.

Noſtris adeſte, numina ſancta, choris;
Et celebrem, Dii, affundite gratiam:
Qui frequentem populis, urbis umbilicum, ſuffitibus odorum
Caſtis in Athenis
Adventatis, varium mobilemque cœtum
Cinctæ violis vere decerptis,
Dona accipite blanda corollæ.

Meque

Digitized by Google

Meque de cælo respicite benignè,
Carmine nunc iterum canentem
Hederâ coronatum Deum;
Quem Bromium, quem Gravistrepum vocant mortales,
Prolem canamus superûm Parentum,
Cadmeamque decus Semelen puellis.
Argivâ in Nemeâ vatem haud latebunt
Virgulta palmæ, quando,
Horarum thalamo recluso,
Nectareæ olfacient plantæ
Veris odores.
Tum diffunditur,
Tum tellure virenti
Formosa violarum juba,
Miscenturque comis rosæ.
Tibiis mixtâ carminum voce
Celebrate, chori, Semelen celebrate decentem.

Ex Editione Hudsoni desumpta.

Pag. 192, ℣. 4. Θυκυδίδε ἢ λεμβονίδε.] Apud Sallustium, in principio belli Jugurthini, summum dicendi genus, & collocationis neglectum observare licebit. Verba illius sunt: *Bellum scripturus sum, quod populus Romanus cum Jugurtha rege Numidarum gessit: primum, quia magnum & atrox, variaque victoria fuit: dein, quia tum primum superbiæ nobilitatis obviam itum est. quæ contentio divina & humana cuncta permiscuit, eoque vecordiæ processit, ut studiis civilibus bellum, atque vastitas Italiæ finem facerent.* In eo exemplo eadem, quæ in Thucydidis Dionysius annotavit, observari poterunt. In primis membrum hoc, * *Bellum scripturus sum*, propter *MS*, manifestam διάστασιν habet, & geminatum *S* sibilum facit alterum membrum, *Quod populus Romanus cum Jugurtha rege Numidarum gessit*, propter voca-

* Observes carmen esse heroicum, quinto pede spondeo: *Bellum scripturus sum, quod populus Romanus.*

lium

lium amplitudinem, & propter manifeſtam dictionum diſtantiam, amplum eſt. Nam *D* & *P* coire in unam ſyllabam non poſſunt, & *S* cum *R*, & cum *C*: & *M* cum *F* conſonante pugnant, aſperumque ſonitum faciunt, ut & *M* cum *G* ἀνίλυτον. præterea *R* quater repetitum, mutæ etiam *P D C G* orationis ſplendorem obtundunt: & *V* vocalis, gratiam aufert. Tertium membrum, *Primum, quia magnum & atrox, variaque victoria fuit*, nullam gratiam habet. primo, quia ter repetit *ia*, nimis ingraté: deinde, quia ἀνίλυτον *M* & *Q*, *X* & *V*, conſonantes habent. Quartum membrum, *Dein, quia tum primum ſuperbiæ nobilitatis obviam itum eſt*. Hæc oratio magnifica eſt propter res amplas: verba quoque, *nobilitatis obviam itum*, magnifica; ἀνίλυτα autem literarum *N* & *Q*, *M* & *P*, *M* & *S*, ultimum membrum, *Eoque vecordiæ proceſſit; ut ſtudiis civilibus bellum, atque vaſtitas Italiæ finem facerent*, verba habet ſatis ampla, & quæ ſuis baſibus innituntur, quanquam non adeò frequens ἀνίλυτα, niſi *S* & *B*, & *M* cum *F*, jam membrorum harmonia neglecta eſſe videtur: nam continuis ſpondeis primum membrum abſolvit. Alterum membrum huic in quantitate minimè reſpondet: nam multis dictionibus protenditur varios pedes habentibus, licet duobus ſpondeis claudatur. Tertium membrum, qui dactylo clauditur, ſtudioſè effectum eſſe videtur. Quartum membrum dicoreo terminatum eſt, ſed hiat propter eliſionem. Quintum membrum aliud quiddam, & diverſum à totâ periodo, infert. Unde in periodo hac nullus circulus, nulla certa baſis, ſed omnia diviſa, omnia diſſipata.

Pag. 202, ℣. 7. Ἀρξομαι ϑ ἀπὸ τ.] Huic ode Sapphûs etſi ex Horatio commodum exemplum comparari poſſit, tamen quoniam hujus Poetriæ aliam oden Catullus vertit, eam ob rem illius exemplum examinabo. Incipit autem illius Ode,

Φαίνεται

Digitized by Google

φαίνεταί μοι κῆνος ἴσος θεοῖσιν.

Eam sic vertit Catullus;

Ille mi par esse deo videtur,
Ille, si fas est, superare divos,
Qui sedens adversus, identidem te
Spectat, & audit
Dulce ridentem: misero quod omnis
Eripit sensus mihi: nam simul te,
Lesbia, adspexi, nihil est super mi,
Quod loquar amens. *Parthenius.*
Lingua sed torpet. tenuis sub artus
Flamma dimanat: sonitu suopte
Tintinant aures; geminâ teguntur
Lumina nocte.

In eo carmine causæ hujus elegantiæ eædem annotari possent, quas in Poetriæ suæ odario Dionysius observavit. Imprimis, dictiones ita secum conjunguntur, ut naturali complexione conjunctæ esse videantur. Nam, exceptis sex locis, in quibus diversæ dictiones ἀνίλιγκτον habent, aliæ omnes molliſſimæ & leniſſimæ sunt. Jam vocales frequentius subjunguntur mutis, consonantibus, & semivocalibus, quàm præponuntur. Præterea semivocales secum non pugnant: vocalium verò concursus; & hiatus haud frequens est. Ad extremum, membra membris ita cohærent, ut nullum manifestum tempus inter ea appareat; sed ut verbum ex verbo, sic membrum ex membro, fluere videatur. Quare, quod auctor ait, non ultra examinanda ode hæc, ne ταυτολογίας vitium incurramus. De naturâ enim vocalium, & consonantium satis jam dixit.

Pag. 212, ℣. 12. Ἐνὸς ἔτι σοφίσω.] Apud Ciceronem verò, quem Isocrati opponimus, etsi studiosè omnia inflexa sunt; (vir enim summus, ab humilitate, vulgique sermone abhorruit) tamen, quoniam ipse orationem pro Cæcinâ in hoc genere esse scribit, ideo principium hujus orationis exemplo huic Isocratis opponamus. Est autem hoc; *Si, quantum in agro lociſque desertis*

Digitized by Google

deſertis audacia poteſt, tantum in foro, atque in judiciis impudentia valeret: non minùs nunc in causâ cederet A. Cæcina Sex. Æbutii impudentiæ, quàm tum in vi facienda ceſſit audaciæ. Verum & illud conſiderati hominis eſſe putavit, quâ de re jure decertari oporteret, armis non contendere: & hoc conſtantis, quicum vi, & armis certare noluiſſet, eum jure, judicioque ſuperare. In hoc exemplo verba ſecum ita cohærent, ut ἀνθιλυπία rara ſit, membra autem ita exæquata & directa, ut quod in auſtero dicendi genere vitium eſſet, hîc cum ſummâ elegantiâ, & venuſtate poſitum ſit. Quare & ea omnia, quæ Dionyſius ineſſe in exemplo Iſocratis oſtendit, hîc nullo negotio reperies.

Pag. 224, ℣. 6. *Φέρε δή τις εἰκὸς ὁμολογήσειε.*] Ab iſtâ diligentiâ Cicero nunquam abhorruit, qui ſtudiosè numeris orationem ſuam exornabat, & de numero multa conſcripſit. Illius exempla aliquot adducenda ſunt, ut fidem oratio habeat. Ac primùm occurrit locus ex oratione pro Plancio; in quâ cùm dixiſſet, *Victoriæ noſtræ graves adverſarios paratos*, ad ſenſus perfectionem ſubjunxit, *Interitûs nullos ultores eſſe videbam.* Et in oratione poſt reditum ad Quirites ita habet: *Sed etiam rerum mearum,*

Auctores, teſtes, laudatoreſque fuere.

Præterea in principio Archianæ, integro hexametro utitur; cùm enim ait, *Aut ſi qua exercitatio dicendi*, ſubjungit verſum,

In quâ me non inficior mediocriter eſſe
Verſatum. Et in reliquo Academicæ, *Quæ*
Cùm ſint dicta in conſpectu, conſedimus omnes.

et Tuſcul. 4. *Illud*, inquit, *animorum corporumque diſſimile eſt, quòd animi valentes*, addit verſum;

Morbo tentari non poſſunt, corpora poſſunt.

et Tuſculan. 5. ubi ita Cicero, *Hoc loco multa ab Epicureis diſputantur.*

Hæque voluptates ſingillatim extenuantur.

Magis autem eſt artificioſum in orationibus verſus admiſcere, ubi ad impellendos animos non parum juvat numeri

Digitized by Google

numeri ſuavitas; ut Cicero in Orat. ſcribit: qui gloriatur ſeſe orationem numeroſam adhibuiſſe, in *Accuſ. in Verrem ſecundo*, ubi de Siciliæ laude dixit: & in Senatu, de Conſulatu ſuo. Sic & in quarto Accuſ. de Ennenſi Cerere; de Segeſtana Diana; de Syracuſarum ſitu: ſed & in principio orationis pro Sex. Roſcio Amerino, hoc obſervari poteſt: ejus loca aliquot annotabo. ſunt verba Ciceronis, *Credo ego vos, judices, mirari, quid Sit, quod, cùm tot ſummi oratores hominesque, nobiliſſimi ſedeant:* en ſtatim hexametrum integrum collocavit. deinde proſequitur, *Ego potiſſimùm ſurrexerim, qui neque ætate, neque ingenio, neque auctoritate,* ſequitur carmen hendecaſyllabum, unâ ſyllabâ in medio abundante obſcuratum: *Sim cum iis, qui ſedeant, comparandus. omnes:* &c. Paulo poſt: *At tanto officio ſior, quàm cæteri.* trimeter chorêum habens in ſecundo pede; rurſuſque paulò poſt, duos trimetros ponit, nonnullis interjectis, oratione ſolutâ: *His de cauſis ego huic cauſæ patronus extiti:* deinde interponit, *Non electus unus, qui maximo ingenio, ſed relictus.* alter trimeter, *Ex omnibus, qui minimo periculo Poſſem dicere*; &c. Multi etiam ſunt dimetri: ut, *Tales viros impediat.* ſunt etiam alia carmina ſummo artificio ocultata, quod facile obſervari poteſt. In quartâ etiam Verrinâ multa carmina obſervari poſſunt: primum quidem, primis remotis verbis, incipit à dimetro hypercatalectico ſic: *Venio nunc,* * *Ad iſtius, quemadmodum ipſe,* &c. deinde hemiſtichium hexametri proponit illis, *Neſcio, rem vobis proponam,* &c. Tum Alcaicum dactylicum, cùm inquit, *Genus* * *Ipſum prius cognoſcite, judices*; ſicut & illud Horatianum, *O matre pulchrâ filia pulchrior.* Deinde ſenarium, & ſimul dimetrum hypercatalecticum, *Nego in Sicilia tota,* * *Tam locupleti, tam vetere provincia,* * *Tot oppidis, tot familiis.* paullo poſt hendecaſyllabum habet: nam inquit, *Nego ullam picturam neque in* * *Tabula, neque textili fuiſſe.* paullo poſt Sapphicum hypercatalecticum: † *Non enim ver-*

† Negatoriè ſatis: nam hæc eſt Ciceronis ſententia: *Non enim verbi, neque criminis augendi causâ complector omnia.*

bi,

bi, neque criminis cauſa. Poſt hexametrum integrum, latentem tamen ob compoſitionem ſolam: nam cùm dixiſſet, *Unde igitur potiùs incipiam, quàm ab ea civitate, quæ tibi una in amore, atque in*

Deliciis fuit? aut ex quo potius numero, quàm ex ipſis laudatoribus. jam verò in Milonianæ orationis peroratione, cap. 35, ſimilia obſervari poſſunt. primum eſt hexametrum carmen integrum, cùm ſic ait, *Eſſe hanc,*

Unam, quæ brevitatem vitæ poſteritatis memoriâ conſolaretur. et deinde ſubſequuntur verſus hexametri ſpondaici; ut cùm dicit, *De me, inquit, ſemper populus Romanus, ſemper * Omnes gentes loquentur.* & pòſt ſic, *Quam*

Fines imperii populi Romani ſunt, ea non ſolùm fama jam de illo, &c. & paullo poſt, *Omnibus in terris, & jam verſatur, & ſemper:* ſed in quinto vice dactyli Creticum habet. Rurſus hendecaſyllabum ſequitur, uno tantum tempore longius, *Sed, quo eſt illa magis divina virtus:* poſt paullo, acephalum hexametrum *Quodnam ego concepi tantum ſcelus? aut quod—in me tantum facinus admiſi?* rurſus duo fines hexametri, *Meoſque redundant* †. &, *Ex iſto fonte dolores.* Non vitavit itaque Cicero carmina, imo ſtudioſe accerſivit; ut ex multis aliis locis colligi poſſet. Ut & illud ad Varronem, *Latent iſta omnia, Varro,*

Magnis obſcurata, & circumfuſa tenebris. & in Verrinis plenum verſum una ſyllaba inutilem fudit, *Cum loquerer, tanti fletus gemituſque fiebant.* Nec finem vitavit elegi, *Oderat ille bonos.* incurrit etiam in hendecaſyllabum, *Succeſſit tibi Lucius Metellus.* & multis aliis locis probari poſſet Ciceronem verſus non vitâſſe. Alii quoque authores Latini effugere non poterant: Salluſtius ab hexametro incipit bellum Jugurthinum: *Bellum ſcripturus ſum, quod populus Romanus.* & Plinius Panegy-

† At vera lectio eſt, *omnes in me meoſque redundant ex fonte illo dolores.*

Digitized by Google

ricum incepit à fine hexametri, cui ſubjungit integrum hexametrum : *Bene ac ſapienter,*

Patres Conſcripti, majores inſtituerunt.

et Livius lib. 1. hexametrum habet, *Pugnatum eſt*

Porta Collina totius viribus urbis.

et ibid. *Ipſe ubi illuxit, in radicibus montium extendere aciem cœpit*

Seduló, ut adverſus montes conſiſteret hoſtis.

Sed de his ſatis eſt. nam ſi quis vellet Hieronymi Peripatetici more (quod Cicero dicit) verſus apud ipſum Ciceronem, & alios ſcriptores obſervare, fortaſſe nullum eſſet verbum, quod non in aliquâ metri lege collocatum eſſet. Illud verò multo artificioſius eſt, quod annotat Hermogenes de formis Orat. lib. 2, (pag. 381, ℣. 2. edit. Porti, 1569) cum de Politica oratione agit, Homerum in ſuis carminibus omnia genera poematum effinxiſſe. Cùm enim poeſis omnium ſit imitatio, optimus omni in genere Homerus eſt dicendus : vivam enim, accommodatamque ſubjectis perſonis imitationem, & in his, quæ ad dictionem pertinent, & inductionem perſonarum, & varias differentias metrorum præſtitit ; ex quibus varia quoque carmina fieri contingit. Verba Hermogenis hæc ſunt de Homero :

Ἄριστος ἐν πᾶσι λόγοις εἶδη, καὶ ποιητῶν ἁπάντων, καὶ ῥητόρων, καὶ λογοσοφίων Ὁμηρος, καὶ γὰρ μηγέθη, καὶ ἡδονὰς, καὶ ὀξυμελείας, καὶ δεινότητας, καὶ τὸ μέσιον ποιήσεως, μίμησιν ἐναργῆ, καὶ περίπτωσιν τῶν ὑποκειμένων, καὶ τῆς λέξιν, καὶ τὴν εἰσαγωγὰς τῶν προσώπων, καὶ μύθων διατυπώσεις, καὶ μέτρων διαφόρους τομὰς, ἐξ ὧν καὶ διάφορά πως συμβαίνει γίνεσθαι τὰ μέτρα, καὶ ταῦτα ἐν διόλου, καὶ τῆς λόγου μεταβαλλόμενα πρὸς τῶ, καὶ τὸ φύσει πάντων ἄριστον μέτρον προυρῆσθαι, καὶ ὅλως τὸ ποικίλον, καὶ ἐξ ἁπάντων ἓν ὅτι κάλλιστον, ὁ μαλιστα ἐρασάμενος ὢν πάντας ποιητὰς, ἔστ' ἐστιν. Id eſt, *Omnibus igitur dicendi figuris, præſtantiſſimus omnium poetarum, & oratorum, & ſcriptorum Homerus. Nam & orationis amplitudines, & ſuavitates, & ſcriptiones accuratas, & gravitates, &, quod maximum eſt in poeſi, apertam imitationem & convenientem rebus perſonisque ſubjectis, tum verborum genere & ornamen.i ;*

Digitized by Google

mentis, tum personarum productione, descriptione & fabularum conformatione, tum versuum sectionibus variis, quibus varia & differentia versuum genera fieri solent, & hæc ipsa convenienter, & ratione certâ inter se variata, ut hoc illudve, quod natura præstantissimum sit, carminis genus propositum habeat: denique ut varium, & ex omnibus præstantissimum qui effecerit, præ cæteris poetis sit Homerus. Deinde (pag. 385. ỳ. 5.) multis interjectis ait, Ἐξίσαι δὲ καὶ τῶν οἰκείων πολλάκις τὸ μέτρον ῥυθμῷ καὶ τὰς ποίας τῶν στίχων τομὰς, καὶ ἀναπαύσεις ἐννοιῶν καὶ τὰ κῶλα. τὸ γὰρ, —— Αὐτὰς δ' ἑλώρια τεῦχε κυήσασιν· —— ἀναπαιστικόν πως ἐστὶ, ῥηθείσης ἀναπαύσεως ἐν τῷ, Ἡφαίστου. Id est, *Sæpe enim versus declinat à suo numero proprio, & sectiones varias versuum habet: & clausulas sententiarum in ipsis membris. Nam illud,* Αὐτὰς δ' ἑλώρια τεῦχε κυήσασιν, *anapæsticus est numerus, cum clausula facta fuerit in primo verbo* Ἡφαίστου. Quod etiam nos in Latino poeta observare possumus, is enim pro diversitate materiarum, diversis carminibus uti videtur: ita ut paucis mutatis, genus aliud carminis manifestum sit. Nam lyrica carmina inter hexametra inseruit, cum lyricam materiam narrabat: similiter elegiaca, cum elegi cantandi essent. Exemplis rem demonstrabo: lib. 5, Æneid. ỳ. 245, carmen Sapphicum miro artificio in hexametrum immiscuit. nam in his,

Victorem magna præconis voce Cloanthum
Declarat, viridique advelat tempora lauro:

abjice vocem *Cloanthum*, & in verbo, *advelát*, præpositionem omitte, erit Sapphicum:

Voce declarat, viridique velat
Tempora lauro.

Ibidem est carmen,

Cuncti adsint, meritæque expectent præmia palmæ:

quod videtur Sapphicum præ se ferre, si pauca mutaveris. Sic in Ecloga 6, ỳ. 30,

Nec tantum Rhodope miratur & Ismarus Orphea.

fiet ex eo Asclepiadeum,

Digitized by Google

Nec tantum Rhodope & Iſmarus Orphea:
tum illud,
Tum durare ſolum, & diſcludere Nerea ponto
Cæperit:
refert Aſclepiadeum,
Tum durare ſolum, & cludere Nerea
Ponto cæperit.
et Eclog. 9, ℣. 53.
Nunc oblita mihi tot carmina: vox quoque Mærin
Ipſa fugit:
fiet Aſclepiadeum.
Nunc oblita mihi carmina: vox quoque
Mærin ipſa fugit.

Et innumera ejuſmodi alia quis inveniet apud Maronem, quæ non ſine ſummâ induſtriâ, atque incredibili artificio elaborata ſunt. Sed non licet præterire Eclogam illam, quæ *Gallus* inſcribitur; quæ, quia lacrymabiles elegos continet, ipſa quoque carmina elegiaca eſſe videntur. en ſecundum carmen,

Pauca meo Gallo, quæ legat ipſa Lyco—ris. Et,
Naiades, indigno cùm Gallus amore periret:
abjice *cùm*, & ultimam ſyllabam, erit pentameter;
Naiades, indigno Gallus amore perit.
hoc carmen ſi conjungeretur cum ſuperiori hexametro, quàm miram ſuavitatem faceret? Sic & in illo verſu,
Omnes, unde amor iſte, rogant, tibi? venit Apollo:
abjice primam literam, & verba tranſpone, erit pentameter;
Unde amor iſte, rogant, venit, Apollo, tibi.
ſic ex eo verſu,
Veſtra meos olim ſi fiſtula dicat amores:
abjice *ſi*, & ultimam ſyllabam, erit pentameter. Similiter ex eo,
Hic gelidi fontes: hic mollia prata, Lycori:
abjice alterum *hic* cum ultimâ ſyllabâ: ſenſus quidem pervertitur, aut nullus erit; ſed nos numerum, non ſenſum quærimus, dum ex hexametro pentametrum elicere volumus. Sunt ergo in hâc ultimâ Eclogâ mul-

Digitized by Google

ta, quæ duobus dactylis cum cæsurâ finiunt, quæ potiùs imaginem retinent finis pentametri, quàm principium hexametri: ut,

Me sine sola vides. et, *Omnia vincit amor.*

quapropter hæc mirâ dulcedine aures complent. Sed de his satis sit.

Pag. 230, ℣. 3. Αὐτίκα ὁ κῆ Ἀρισοκράτης λέγ.] Exemplum Demosthenis examinat Dionysius: in quo observavit primum metrum esse anapæsticum, uno pede mutilum. huic autem adhæret pentameter elegiacus exactissimus, si synalœphen auferas: deinde paucis solutè interjectis, adest Sapphicum metrum Epithalamium, & Aristophaneum tetrametrum: posthæc duplex iambicum dimetrum: rursus anapæsticum pedum octo, ac demum iambicum. quare verba Demosthenis ita digeri possunt:

Μηδεὶς ὑμῶν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, νομίσῃ με
μήτ' ἰδίας ἔχθρας μηδεμιᾶς ἕνεκ'
ἥκειν, Ἀρισοκράτης καὶ Σωσθένους τινὶ,
μήτε μικρὸν ῥᾳδίως τι καὶ φαῦλον ἀμ-
φισβήτημα, ἑτοίμως ἔτως ὑπὸ τούτῳ
προαίσειν ἐμαυτὸν εἰς ἀπέχθειαν·
ἀλλ' εἴπερ ἀρ' ὀρθῶς ἐγὼ λογίζομαι,
καὶ σκοπῶ,
ὡς τὸ Χερρόνησον ἔχειν ἀσφαλῶς ὑμᾶς, καὶ μὴ ἀναπεπτωκέναι
ὑπὸ τοῦ Φιλίππου πάλιν αὐτῆς.

Pag. 248, ℣. 5. Ὧν ἐγὼ προσθήσω.] Quæ præcepta exemplis Homeri, Euripidis, & Simonidis illustrat, nos eadem apud Virgilium, Terentium, & Horatium ostendemus. In Virgilio itaque, cum omnia pæne scripta sic examinari possunt, tum etiam locus ille in lib. Æneid. 1, ℣. 180. *Æneas scopulum interea conscendit,*—unum membrum: alterum, *et omnem Prospectum latè pelago petit,*——id membrum longius est, & hemistichia duo amplectitur: jam verò, quod sequitur, longius est,

Digitized by Google

——Anthea ſi qua
Jactatum vento videat, Phrygiaſque biremes:
Aut Capyn, aut celſis in puppibus arma Caïci.

Hæc prima periodus tria membra inequalia habet: nullum verò uno carmine abſolvit. Alterius periodi primum membrum:

Navem in conſpectu nullam: tres littore cervos
Proſpicit errantes:

alterum membrum minùs priori,

—hos tota armenta ſequantur

A tergo: tertium adhuc minus, *& longum per valles paſcitur agmen.* Tertiæ periodi primum membrum exiguum, *Conſtitit hic,*—alterum huic prorſus inæquale,—

—arcumque manu, celereſque ſagittas
Corripuit; tertium autem καὶ παρένθετον proferri poteſt,
—fidus quæ tela gerebat Achates. deinde quartum majus,
Ductoreſque ipſos primum, capita alta ferentes
Cornibus arboreis, ſternit;

hemiſtichio clauſit membrum: & ſequens carmini integro additum membrum facit, — *tum volgus & omnem*
Miſcet agens telis nemora inter frondea turbam.

Hæc periodus. obſervabis hic non tantum compoſitionem ſolutæ orationi ſimilem, ſed & carmina, ita ſecum cohærere, ut epitheta ſequentia trahant vocabula: verba diverſa carmina conjugant, eaque prorſus omnia, quæ diſſipatam & fluxam, ſed ſibi cohærentem, orationem faciant.

Pag. 256, ℣. 6. Ἐκ τῆς ποιήσεως.] Hoc idem in Phormione Terentii demonſtrari poteſt, ubi Davus loquitur:

Amicus ſummus meus, & popularis Geta
Heri ad me venit:

Membrum primum ex integro carmine & hemiſtichio conflatum: aliud membrum magis hoc priori,

——erat ei de ratiunculâ
Jampridem apud me reliquum pauxillulum
Nummorum:

Reliquum

Digitized by Google

Reliquum membrum minus prioribus,—*id ut conficerem.*— deinde duo verba, ſeorſim ſuas ſententias habentia, *Confeci: adfero.* alterius periodi primum membrum,

Nam herilem filium ejus duxiſſe audio
Uxorem:

alterum membrum minus eſt, *ei credo munus hoc conraditur.* Periodus altera. tertia periodus membrum parvum habet, nec carmen implet,

Quam inique comparatum eſt,— alterum prolixius, quod hemiſtichio, & carmine integro conſtat: ut,—*ii qui minus habent,*

Ut ſemper aliquid addant divitioribus!

Pag. 258, ℣. 7. Ἐκ ϑ᾽ ἁ μελικᾶς.] Sic & illa apud Horat. 3, Carm. Ode 27. legi poſſunt, ut pauca veſtigia carminum appareant. Etſi enim ſunt ſtrophæ, tamen collocatione membrorum ita diſſident, ut non tam repetitum carmen, quàm continua oratio eſſe videatur. eſt autem Europa, errorem ſuum incuſans:

Quæ ſimul centum tetigit potentem oppidis Creten: Pater, ô relictum filiæ nomen, pietaſque! dixit victa furore. Unde? quò veni? levis una mors eſt virginum culpæ. vigilanſque ploro turpe commiſſum; an vitiis carentem ludit imago vana, quæ portâ fugiens eburnâ, ſomnium ducit? meliuſne fluctus ire per longos fuit, an recentes carpere flores? Si quis infamem mihi nunc juvencum dedat iratæ, lacerare ferro & frangere enitar modò multum amati cornua tauri. Impudens liqui patrios Penates: impudens orcum moror! ô Deorum ſi quis hæc audis, utinam inter errem nuda leones: antequam turpis macies decentes occupet malas, teneræque ſuccus defluat prædæ, ſpecioſa quæro paſcere tigres. Hæc, & multa alia apud hunc poetam videntur eſſe ſimilia ſolutæ orationi, id autem maximè ob eas cauſas, quas auctor memoravit.

Digitized by Google

INDEX Verborum & Formularum, quæ viſæ ſunt notatu digniores.

A

A *Literæ ſonus*, 94, 17.
ἀβασανίστως τιθέναι, 244, 8.
ἀΐσιος σχῆμα, 34, 22. ἀΐσιος ὠδή, 126, 8. ἀΐσιοι ῥυθμοὶ, 144, 12.
ἀγίρωχος ὄψις, *inſolens & immane viſum*, 118, 7.
ἀΐωσαι τῶν τροφῶν, *ductus*, 154, 8.
ἀδιάλειπτοι παρειαῖς, 250, 15.
ἀδολέσχης καὶ φλύαρος λόγος, 252, 8.
ἄζηλα καὶ φαῦλα, 20, 21.
αἰθληταὶ τῇ ἕρσει, 240, 3.
αἰθρῶν ψόφον λαμβάνειν, 188, 7.
αἱ *Æolicè pro* εἰ, *ſi*, 206, 6.
δι' αἰσχύνης θέσθαι, 144, 20.
ἀκαιρίμαν γλῶσσαν, 8, 4.
ἀκαρὴς παραλλαγὴ, 106, 5.
ἀκαλάστροφος, 198, 14.
ἀκαλονόμαστος, ἀνώνυμος, 174, 3.
ἀκίρατοι φωναὶ, 196, 24.
ἀκόμψευσις Ζύνθεσις, 178, 12. *ſic* ἀκόμψευσις ἁρμονία, 200, 11.
ἀκόσυφος καὶ ἀκαλάστροφος, 198, 14.
ἀκραλίζεσθαι, *jentare*, 18, 12.
εἰς ἄκρον, *ſummè*, 220, 2.
ἄκρως εἰδότες αὐλεῖν, 246, 8.
ἀκροτόμιον, 96, 5.
ἀκωλιστος περίοδος, 200, 11.
ἀλεξιφάρμακον, *remedium*, 222, 7.
ἀλληλυχίας βάσις, 202, 16.
ἄλογος αἴσθησις *ſeu* ἀνάλογος, 106, 13. ἄλογοι καὶ ἐνθυσιώδεις ὁρμαὶ, 8, 1.
ἄλλο *pro* ἤλαλο, 48, 3.
ἀμ' ἠοῖ, 18, 18.
ἀμβολήδην γοόωσα, 112, 4.
ἀμβολᾶς *pro* ἀναβολῆς, *dilatio*, 240, 1.
ἄμβροτοι χέρσοι, 182, 10.
ἀμεγίθης καὶ ἄσιμος, 134, 13.
ἄμειρον κακὸν, 260, 14.
ἀμυδρότερα, 170, 16.
ἀμφήρισον ἔθηκε, 140, 10.
ἀνακοπαὶ *in verb. compoſ.* 198, 10.
ἀναχυλίσαι ὑπὲρ ὄχθυ, 164, 13.
ἀνάπαιστοι ῥυθμοὶ, 230, 15.
ἀνάπαυλαι *in dictione*, 158, 2.
ἀναπόδειπτα λέγειν, 18, 1.
ἀνίλασκος, 180, 9.
ἀνίδρασος βάσις, 198, 18.
ἀνιπτοπάτως ἐίπλεσθαι, 16, 4.
ἀνεπιλήδευτον καὶ ἀφιλὲς, 178, 2.
ἀνέκλειπτα, 26, 9.
ἀνίστροφος, *reſpondens*, 130, 12.
ἀντίστροφοι, *pro* ἀνίστροφαὶ, 154, 8.
ἀντίτυπος ἁρμονία, 184, 19. ἀντίτυπος Ζυζυγία, 188, *ult.*
ἀντωνυμίαι *pronomina*, 12, 9.
ἀνωθεῖσθαι, 164, 24. *idem* ἄνω ὠθεῖσθαι *ibidem* 20: *Et* ἀναχυλίεσθαι 164, 13.
ἀξιοθέατος, 216, 6.
ἀπαγγέλλειν *enunciare*, 164, 8.
ἀπαγγελία, *idem ac* ἑρμηνία, *elocutio*, 168, 8.
ἀπαρίμφαλα ῥήματα, 50, 9.
ἀπαρχὰς προχειρίσασθαι, 18, 7.
κατ' ἀπαρίθμησιν, *abſolute*, 218, 10.
ἀπερίγραφος βάσις, 198, 18.
ἀπερίοδος λέξις, 200, 11. ἀπερίοδος νῆς, 254, 23.
ἀπευθύνειν, 80, 5.
ἀπέχθεσθαι, *offendi*, 200, 4.
ἀπῆναι, πλοῖαι, *naves*, 132, 4.
ἀπὸ τῆ ῥάϊσ, *facillime*, 246, *ult. penult. idem* ἐκ τῆ ῥάϊσ, 246, 5. ἀπὸ τῆς ἕξεως, *habitu*, 246, 5.

Digitized by Google

ἐκ ἀπὸ ζκοπῦ, 120, 22.
ἀποδέχομαι, *probo*, 160, 2.
ἀποζῆν, *vitam tolerare*, 194, 6.
ἀποίητος λόγος, 10, 14.
ἀποκρεῦσαι, *in disput. rejicere*, 242, 1.
ἀποκυμαλίζειν τὸν ἦχον 212, 1.
ἀπομαχόμενος μὴ — 22, 15.
ἀποπλανᾶσθαι ἀπὸ τῆς ἀληθείας, 42, 5.
ἀπόπροθι κοίτας, 78, 7.
ἀποπλυσμῦ δηλοῦικὰ γεάμματα, 90, 15.
ἐποσφάττει πάϊλας, 146, 4.
ἀπολεαχύνειν, 198, 5. ἀπολιλεάχυνειν, *sine* γ, 184, 3.
ἄρα *priore syllaba producta*, 234, 16.
ἀρᾶτλεσθαι περὶ πίτρας, 120, 4.
ἀρβύλης ἴχνος, 78, 5.
Ἀργία Νιμία, 182, 8.
ἀρεῖα *pro* ἀργία, 222, 7.
ἄρθρα τῦ λόγυ, 12, 7.
ἀριθμοὶ *pro* ῥυθμοὶ, *Numeri Oratorii*, 124, 8.
ἁρμάτειος δίφρος, 146, 7. *Curtius lib.* 4. *currum vocat.*
ἁρμογὴ τῶν ὀνομάτων, 248, 15. ἁρμογὴ τῶν κώλων, 58, 1. ἁρμογαὶ περιόδων, 200, 16.
ἁρμόζον, *conveniens*, 160, *ult. penult.*
ἁρμονία, *Compositio, seu concinna compositio*, 62, 22. 72, 7. 88, 15. 176, 2. *pro eodem* ζύνθεσις, 172, 8. ἁρμονίας λεκτικῆς δύναμις, 16, 9. ἁρμονία γραμμάτων, 116, 23.
ἁρμόσαι ὀνόματα πρὸς ἄλληλα, *aptare*, 58, 8. *Sic* ἁρμότλεσθαι πρὸς ἄλληλα, 52, 15.
ἀρληρία· τῆς ἀρληρίας ὑπηχύσης τῷ πνεύματι, 104, 2.
ἀρχαϊκὸν κάλλος, 194, 17.
ἀρχαιοπρεπῆ σχήματα, 204, 7.
ἄσεμνος σίχος, 152, 7.
ἄσιγμοι ᾠδαὶ, 100, 7.
ἀσωτεῖς τε κὴ ἄνοσοι, 10, 1.
ἀσύμφωνος χορδὴ, 72, 24. ἀσυμφώνως ἐμπνεύσας, 72, *ult.*
ἀτοπία, 82, 11.
ἀτρέκειαν εἰπεῖν, 174, 7.
ἀτριβὴς ἕξις ὀτουῦν, 248, 4.
Ἀτρυλώνη, Διὸς τίκος, 44, 19.
αὖ ἔρυσαν, 48, 13.
αὐλαία κόμα, 258, 9.
αὐλὸς τῦ πνεύματος, 94, 7.
αὐτὰ τὰ ἀναξαιόταλα, *pro* μόνα τὰ ἀναξαιόταλα, 52, 10. αὐτὰ τὰ φανερώταλα, *pro* μόνα τὰ φανερώταλα, 174, *ult.*
αὐτομαλισμῷ κὴ τύχῃ χρησάμενα, 182, 22. φύσις αὐτομαλίζουσα, 166, 22. αὐτομαλισμῷ γενόμενα, 234, 12. καὶ' αὐτομαλισμὸν, 232, 1.
αὐτοσχεδιάζειν μίτρα, 230, 15.
αὐτόλειλῆ, *perfecta*, 92, 3. αὐτολελῶς, *perfecte*, 92, 5.
ἀφαιρήσομαι *pro* ἀφαιρεθήσομαι, 56, 14.
Ἀφροδίτη, *venustas*, 16, 12.
ἄφωνα γεάμματα, 92, 5.

B

B *Litera ut proferatur*, 102, 13. βαίνεσθαι, *scandi, de metro*, 28, 15.
βάρος, *gravitas dictionis*, 70, 15. βάρος ἡ ζυνότης, 204, 8.
βάσεις θεαίρικαὶ ἢ γλαφυραὶ, 178, 5.
βλάβος τι ζοι γένηται, 24, 15.
βλοσυρῶπις Γοργὼ, 118, 12.
βοσχυρίζειν τὲς λόγες, 242, 15.
βρέμει ἄνεμος, 258, 14. βρέμεται αἰγιαλῶ, 114, 5.
βρόμος ἀνέμων, 114, 12. ἔ φθόγγος, 258, 9.
Βρόμος, *Bacchus*, 128, 9. 182, 5.

Γ

Γαλαθηνὸν ἦτορ, 258, 6.
γαμέλη, *uxor*, 4, 3.
γενέθλιος ἡμέρα, 2, 3.

Digitized by Google

γενικωτάτη διαφορά, *differentia generalissima*, 10, 9.
γλαφυρᾶς καὶ ἀσθενοῦς ζυνθέσεως χαρακτὴρ, 200, 17.
γλίχεσθαι τέτων, 176, 16.
γλυκαίνειν τὴν ἀκοὴν, 108, 26. γλυκύτης λέξεως, 70, 6.
γλῶτται *orationem figurant*, 20, 23.
γλωττηματικὰ ὀνόματα, 250, 18.
γοητεύεσθαι ὑπὸ — 72, 17.
γοητεία ἡ ἐν ᾠδαῖς, 74, 17.
γογγὺς κῶλα, 158, 6.
γράμματα *unde dicta*, 90, 5.

Δ

ΔΑΙ᾽ *pro* διὰ, 60, 2.
δαιμόνιος, *divinus, excellens*, 140, 7. δαιμονίως, *divine, excellenter*, 236, 14.
δακτυλικὸς *pro* δάκτυλος, 130, 5.
δάμνα *doma, subige*, 202, 10.
δασία ἄφωνα, 102, 8.
δαψιλὴς, *crebrum, frequens*, 54, 21.
δέον ζυλλαβῆ τῇ τελείᾳ, *syllaba iadigens ad perfectionem*, 238, 6.
δείσματος, τὰ παραδείσματος ἕνεκα, 162, 7.
Δεῖμός τε Φόβος τε, 118, 13.
δεξιῶς εἴρηται, 22, 19.
δημιεργοὶ τέχναι, 52, 11. δημιούργημα χειρῶν, 4, 1.
διὰ πάντε, 76, 15. διὰ πασῶν, 76, 15.
διαβεβηκότα εἰς πλάτος ὀνόματα, 176, 11.
διαβάσεις εὐμεγέθεις, 166, 6.
διαπλήττειν, *occulere*, 134, 20.
διάλεκτος, *sermo, elocutio*, 20, 23.
διάλεκτος πεζῆ, 22, 7. διαλέκτῳ μάλος πῶς μέλεται, 76, 1.
διαλλάττειν, *mutare*, 34, 14. διαλλάττειν ἢ διαφέρειν *pro eodem*, 102, 23. τῷ ποσῷ διαλλάττουσα τῆς — 74, 23. διαλλαγὴ, *mutatio*, 74, *ỳ. uit.*
διαναπαύειν, 86, 12.
διασαλεύειν τὰς ἠχὼς, 210, 16. διασαλεύειν τὰς ἁρμονίας, 196, 14.
διάτονοι μελῳδίαι, 154, 17. 156, 7. τὸ διάτονον, 76, 16.
διαφέρειν· οὐδὲν αὐτῇ διαφέρει, *nihil ejus interest*, 176, 8.
διαφθορὰ φρενῶν, 144, 13.
διαχαλάσμαλα τῶν ἁρμονιῶν, 198, 5.
δεδὼς ἑαυτὸν εἰς, *dedens se*, 240, *ỳ. penult.* δεδὼς αὐτὸν ὑπεύθυνον, *judicandum se præbens*, 242, 5.
διεξεγόμενα χρόνοις αἰσθητοῖς, 176, 6. διεῖρειν, *trajicere*, 148, 12.
διερόμενος λόγος, 258, 3.
διελκυσμὸς, *distractio*, 166, 20.
διερεῖδειν τὰ μόρια, 186, 2.
δίεσις *harmonica*, 76, 16.
διευκρινήσω καθεξῆς, 170, *ỳ. penult.*
διευσοπεῖν ἐν ἅπασι, 74, 18.
Διθύραμβος, *Bacchi Epitheton*, 128, 21.
διϊσάνειν τὰς ἁρμονίας, 168, 19.
διέσακε, *disparavit*, 196, *ỳ. penult. mox.* διασπᾷν *dicit*.
διοχλεῖν τὴν ἀκρόασιν, 66, 3.
δίχα μοι νόος ἀτρέκειαν εἰπεῖν, 174, 6.
δίχρονα φωνήεντα, 92, 21.
δολοπλόκος, *Venus*, 202, 9.
δύπος ἀκόνων, 114, 6.
δύναμις ἐγένετο. *pro* δυνατὸν ἦν, 52, 9.
δυσαρεστεῖσθαι, ὅτι — 74, 8.
δύσιδρον, 54. 5.
δυσίκφορα, 116, 22. 118, 9.
δυσηχὲς, γράμμα, 96, 12.
δυσκερίλητα γραφῆ, 170, 17.
δυσχείμεροι Ἀρκάδες, 256, 10.
δυσωπεῖσθαι ᾠδὴν, 86, 7.

E

ΕΑρίδρεπτοι σίφανοι, 182, 3.
ἐγγένηται, *concedatur, liceat*, 170, 11.

ἐγγέ-

INDEX.

ἀσχόλιαί μοι σχολὴ, *detur otium*, 8, 15.

ἀσκωθίσμαῖα *in Compositione*, 200, 6.

ἀσκαλαληφθέντες, 146, 4.

ἀσκαλαπλίκειν, 84, 23.

ἀσκαλάσκευος φράσις, 140, 12.

ἀσκειμένη *pro* Συσκειμένη, 226, 4. 250, 5.

ἀσκεπλωμένα ῥήματα, 50, 8.

ἀσκλίσεις *verborum, nominantur à quibusdam etiam* πλώσεις, 54, 22.

ἀσκοπὴ τῆς ἁρμονίας, 186, 13.

ἀσκύκλιος παιδεία, 240, 6.

ἀσχωροίη, *liceret, contingeret*, 120, *ỳ. penult.* ὧν ἀσχωρεῖ, *non conceditur seu licet*, 72, 3. ἐφ' ὅσον ἂν ἀσχωρῇ, 56, 5.

ἀδρόσαι ἐπὶ — 56, 5. 54, 4

εἰ δὴ ἄρα, *si modo*, 10, 1.

εἰδεχθὴς ἰχθυὸς, 148, *ỳ. ult.*

εἰδέναι διηφορεῖ, 172, 8.

εἶδος, *forma, pulcritudo*, 24, 2.

εἶσαι, *sum* εἰς εἶ, 194, 21.

εἴτε ἄρα, *sive, seu*, 236, 17.

ἐκλογίζεσθαι, *expendere*, 162, 9.

ἐκμεμάχθαι, *imitando exprimere*, 224, 3.

ἐκμέλειαν αὐλεῖν, 74, 1.

ἐκμιμεῖσθαι, *imitando effingere*, 10, 14.

ἐκφανὴς, *evidens*, 216, 8.

ἐκφέρειν γραφὴν, *edere, scribere*, 8, 16. ἐκφέρεσθαι, *proferri, enuntiari*, 92, 4. *idem* ἐκφωνεῖσθαι, 92, 6.

ἐκφορὰ, *prolatio, pronuntiatio*, 94, 12.

ἐκφωνεῖσθαι, *pronuntiari*, 92, 6. 94, 3. 98, 11.

ἐλεϊακὸν στιλαμάτρον, 232, 4.

ἐλικάμπυξ Σεμέλη, 182, 12.

ἐλπίσας, *ratus*, 192, 8.

ἐμμελὴς καὶ ἔμμελος Σύνθεσις, 248, 11. ἐμμελὴς ἢ εὐμελὴς, *diversa*, 80, 10.

ἔμμελος καὶ εὔρυθμος λέξις *quæ dicatur*, 228, 13. ἐμμέλεια *ubi*-

ὁδων, 243, 16.

ἐμφαίνειν, *indicare, ostendere*, 178, 3.

ἐν χορὸν, *Doricè pro* εἰς χορὸν, 180, *ỳ. ult.*

ἐπ' εἰδόσι λέγειν, *peritis scientibusque loqui*, 124, 1.

ἐναγώνιοι λόγοι, *quibus in judicio, vel pro concione causa aliqua agitur*, 158, 9, ἢ ἐναγώνιον πλάσμα, 34, 3.

ἐναρμόνιον *pro* εὐαρμόνιον, 56, 2.

ἐναρμόττειν τὰ κῶλα τοῖς τόποις, 240, 12.

ἐνδεικνύμενος *oculis exhibens*, 120, 5.

ἐνεξουσιάζειν τοῖς ῥυθμοῖς, 156, 8.

ἐνθουσιώδεις ὁρμαὶ, 8, 1.

ἐνόημα, *sententia*, 244, 7.

ἔνρυθμον ἢ εὔρυθμον *diversa*, 80, 12. *usitatius* ἐρρύθμους.

ἔνλεκτος λόγος 252, 9.

Ἐνυάλιος, *Bacchi Epitheton*, 128, 9.

ἐπαγωγικὸν πλάσμα, 34, 10.

ἐπαναλείπεσθαι *prius est quàm* τὸ πλῆξαι, 48, *ỳ. ult.*

ἐπιγραφαὶ βιβλιοθηκῶν, *librorum tituli*, 50, 20.

ἐπεισόδια *orationis*, 158, 16.

ἔπη, *epici versus*, 250, 3.

ἐπὶ ξαυτῷ, *per teipsum, tuopte Marte*, 116, 15. ἐπὶ τελευτῆς, 226, 1. ἐπὶ τούτῳ, *post hoc*, 58, 3. ἐπὶ γλῶσσαν ἐλθεῖν, 8, 4.

ἐπίδοσις *pro* ἐπίληψις, 38, 10.

ἐπιεικὴς ὁμοιος, *assimilis*, 46, 13.

ἐπικὴ ποίησις, 178, *ỳ. ult.*

ἐπίκοινον, *seu μέσον ἄφωνον, ut β, γ, δ*, 102, *ỳ. penult.*

ἐπίκρανον, 130, 3.

ἐπικρατεῖν, *potiri*, 194, 10.

ἐπιλαμπρύνειν τὸν ἦχον, 96, 10.

ἐπιλείπει με ὁ τῆς ἡμέρας χρόνος, 40, 5.

ἐπὶ μακρότατον σκοπεῖν, 192, 18.

ἐπιῤῥήματα διεῖλον τινὲς ἀπὸ ῥημάτων, 12, 11.

ἐπισκοτεῖσθαι, *obscurari*, 84, 26.

ἐπτα-

Digitized by Google

ἐπιτασία ἴμφεως, 8, 3.
ἐπιτροφάδην, 46, 23.
ἐπισυνάφειαν, 232, 4.
ἐπίτασις & ἄνεσις, 174, 9.
ἐπιτάφιος λόγος Θουκυδίδου καὶ Πλάτωνος, 64, 6. 136, 5. 138, 12.
ἐπιλαχύνειν τὴν ζύνθεσιν, 166, ϗ. *penult.*
ἐπιλειπὴς εἰς ἀκρόασιν, 194, 20.
ἐπιλελησμένως, 236, 20.
ἐπιλέχαλος καὶ ταχὺς, 138, 19.
ἐπιλυχεῖς τῶν ἔργων ἐγένοντο, 246, 15.
ἐποποιοὶ, *Epici poetæ*, 154, 1.
ἐπῳδαὶ *pro* ἀοιδοὶ, 154, ϗ. *ult.*
οὐχ ἕδρας ἔργον, 240, 1.
ἔρεισις τῷ φύτρῳ, 166, 21.
Ἐριβόας, *Bacchus*, 182, 6.
ἑρμηνείας ἀρχὴ, 18, 15. ὡραϊσμὸς, 8, 11.
ἄῤῥυθμος καὶ ἄμμελὴς λέξις *quæ dicatur*, 226, 17. *pro eodem* ἀρυθμος, 80, 10. *minus usitatum.*
μιλαβολῆς ἕρωτι, 156, 3.
ἐξ ἑτοίμου λαμβάνειν, 14, 23.
εὖ λέγειν, 6, 4.
εὔγλωσσον, 10, 12.
εὔγραμμος βάσις, 198, 13.
εὐγώνιοι βάσεις, 176, 9.
εὐδαίδαλος, *affabre factus*, 240, 3.
εὔεδρον ποιῆσαι, 54, 6.
εὐεπὴς λέξις, 194, 13. εὐεπεία τῶν κώλων, 248, 2. λέξεως εὐέπεια καὶ χάρις, 210, 9. εὐεπῶς ζυγκείμενα, 200, 1.
εὐήτριοι ὑφαὶ, 198, ϗ. *ult.*
εὔηχον γράμμα, 96, 11.
εὔθικος εἰς χάριν, 4, 4.
καλὰ πολλὴν εὐπαιρίαν καὶ σχολὴν, 212, 8.
εὐκρασος ἦχος, 186, 17.
δι' εὐλαβείας ἔχειν, *religiose cavere*, 200. 5.
εὐμελὴς & ἐμμελὴς *diversa*, 80, 9. εὐμελὴ & εὔρυθμα, 84, 20. εὐπνοὴς καὶ αὐστηρὰ ἁρμονία, 196, 2.
Εὐριπίδεια, 32, 15.
εὔρως λέξις, 208, 7. εὐροώτερος, 158, 17.
εὐρυθμος καὶ εὐμίλητος λέξις τίς, 228, 12. εὐρυθμον & ἄνρυθμον *diversa*, 80, 12. εὐρυθμίας φύσει, 228.
εὐτομία λέξεως, 58, 15.
εὐτοχίαν ὑποδείκνυσθαι, 244, 13.
εὔτροχος φράσις, 170, 7.
ἐφάμιλλα τοῖς — 64, 13.
ἐφάπτεσθαι, *attingere*, 36, ϗ. *ult.* 100, 5.

Z

Z *Omnium duplicium suavissimè aures afficit*, 102, 2. Z *profertur per* σ & δ, 98, 3.
ζωγράφοι, & οἱ τὰ ζῶα γράφοντες, *pictores*, 172, 13.

H

H *Literæ sonus*, 94, ϗ. *ult.*
ἡγεμὼν, *pes idem qui Pyrrhichius*, 126, 3.
ἡδονὴ λέξεως, *quas sub se contineat species*, 70, 12.
ἡδύνες βοόωσιν, 110, 8.
ἡκιακία πολιαῖς καληρυμένη, 6, 10.
ἡμιστίχων *pro* ἡμιστιχίων, 254, 13.
ἡμιτέλειαι φωναὶ, 92, 6.
ἡμιτόνιον, 76, 7, 22.
ἡμίφωνα γράμματα, 96, 16.
ἡρῷον μέτρον, 170, 2.
ἠχεῖσθαι καθ' αὐτὸ, 90, ϗ. *penult.*

Θ

Θ Αμινὰ, *identidem*, 82, 23. Θεατρικὴ ζυνθέσεως χάρις, 194, 16.
οἷς θέμις ἐστὶ, 224, ϗ. *penult.*
Θηραῖος ἐπιστήμη, 84, 13.
Θρυλισμὸν αὐλεῖν, 72, ϗ. *ult.*

I

I *Literæ sonus*, 96, 8. *finalis litera in impropriis diphthongi,*

Digitized by Google

ᾳ, ῃ, ῳ, 190. ϑ. *ult.* I *in* τέλοις *compositioni aliquid addit ponderis & decoris*, 56, 5.

ἰάμβειον τρίμετρον ὀρθὸν, 234, 13. ἰάμβειον & ἰαμβικὸν *pro eodem*, 236, 4. ἰαμβικὸς πούς, 126, 12.

ἰδιώμαΐα ζυνθέσεως, 212, 2.

ἰδιώτης λόγος, 252, 4.

ἰδρυθίσίαι, 54, 14.

ἴησι ; *unde* ἴξησι *pro* ἴξεσι, *exit.* 32, ϑ. *penult.*

Ἰθυφάλλια μέτρα, 30, 1.

Ἴλιος *pro* Ἴλιον, 150, ϑ. *penult.*

ἰόδειοι στέφανοι, 182, 3.

K

Καθολικὴ καὶ ἔλλειψις περίληψις, 84, 12.

καινολομεῖν ᾠδὴν, 228, 17.

καίτοι ἴχνει, *quanquam babet*, 78, 5.

κακόφωνα, 82, 15.

καλλιεπὴς, 138, 5.

καλλιλογία, 120, 14. καλλιλογεῖσθαι, 22, 17.

καλλιρρήμων λέξις, 18, 1.

καλλιρρήμονα λέξεως μορία, 120, ϑ. *ult.*

κάλλος τῆς λέξεως *quas continent sub se species*, 70, 9. τὸ καλὸν, *separatur & distinguitur*, ἀπὸ τοῦ ἡδέος, 68, 15.

καπύσσαι, 46, ϑ. *penult.*

καὶὰ τῆς ἄκρας ἴξεως, *pro* μέλα, 72, 26. καὶ' ὅρισφι, *pro* καὶ' ὁρίων, 118, 10.

καὶαγελάσως, 146, 12. ἐπὶ καὶαγέλωῖι, *risus movendi gratia*, 152, 4.

καὶεαγότες ἄνθρωποι, 152, 2.

καὶεαδαπανᾷν εἰς ταῦτα τὸν χρόνον, 200, 14.

καὶαδιδόναι τὰ περῳεῖα, 140, 16.

καὶακεκλασμένοι πόδες, 238, 14.

καὶακεκλασμέναι γραφαὶ, 144, 6.

καὶακλείειν τὸν λόγον, 254, 1.

καὶάληξις, 138, 2. 138, 9. & ϑ. *penult.*

καὶαπυκνῶσαι ἀφώνοις ζυλλαβὰς, 118, 9.

καὶάστασις τῆς ψυχῆς, 162, 11.

καὶαῖρίζειν τὸν λόγον περὶ — 72, 4.

καὶαφορὰ τῦ πίτευ, 168, 10.

καὶαχλευάζειν, 240, 19.

καὶιδὼν *pro* ἰδὼν, 54, 26.

κεκρολημένως, 248, 5.

κεφαλοειδεῖς ἔχει, 100, 3.

κεφάλαια τῆς γραφῆς, 10, 5. κεφαλαιωδῶς περιλαβεῖν, 70, 10.

κήδια, *curae*, 128, 2.

κηλεῖν τὰς ἀκόας, 20, 11.

κίβδαλον ζὰν, 100, 9.

Κισσοδέτας Διὸς, *Bacchus*, 182, 15.

κλάγξας πίτῦλο, 114, 4.

κνώσσειν, *dormire*, 258, 9.

κοίτη, *cubile*, 26, 1.

κόμμαΐα βραχύτερα κώλων, 248, 22. κομμάτιον *colo minus*, 256, 3.

κόπλοιλα τὴν ἀκρόασιν, 158, 9.

κορυφὴ ἀπάντων καὶ ζκοπὸς, 218, ϑ. *penult.*

μέχρι κορωνίδος διελθεῖν, *usque ad calcem perlegere*, 38, 16.

Κρησίοις ἐν ῥυθμοῖς, 238, 2.

κριλήριον πυκνὰ μιλαπίπλει, 222, 6.

κρότησις *in pronunciatione*, 98, 8.

κλινίζειν καὶ βοτρυχίζειν, 242, 15.

κλῆμα καὶ χρῆμα ἰσόμετον, 4, 5.

κυάνεος δόφος, 260, 6.

κύκλος, *pes qui*, 130, 15. κύκλου ἀναπλήρωσις *in compos.* 178, 4.

κῶλον εᾶ ferè *significatione*, quā *vulgo* κόμμα ; *pro imperfecto scilicet periodi membro*, 194, 19. & 198, 2. *Et in seq.* κῶλα, *membra orationis, contexuntur à partium orationis connexu*, 12, ϑ. *ult.* κῶλα, *quibus Rhetores, & natura ipsa periodos distinguit, diversa sunt à metricis odarum colis*, 184, 8. κῶλα *pedestris orationis, diversa sunt ab iis quibus Aristophanes & ejus generis alii sunt usi*, 184, 12. κῶλα

Digitized by Google

κῶλα quomodo inter se contexenda, ut apta fiant orationis compositio, 56, 17. κῶλα periodorum ut variande in optimo dicendi genere, 158, 3. κῶλα quædam transformantur ut concinnior fiat compositio, 62, 5. κῶλα in austera compositione liberiora, 173, 18. κώλων εὐρυθμία magis spectatur quàm ἀκρίβεια, 66, 21. κώλων ἀσυμμετρία, 200, 8. κῶλα Heroici carminis examinata, 254, 5. κῶλα Iambici carminis examinata, 256, 9. Τρικῶλα periodi exemplum, 64, 17. τρίκωλον elegans, 64, 16.

Λ

Λ Ut proferatur, 98, 12. semivocalium dulcissima, 98, ϗ. ult.
λεαίνειν τὴν κατασκευὴν, 116, 21.
λέγεσθαι, pronunciari, 102, 16, 25. idem ἐκφωνεῖσθαι, ibid. 9.
λεκτικὸς τόπος, 8, 16. & 6, 4. & 40, ϗ. penult.
λέξις, prosa oratio, 70, 1.
λευκὸν ἴχνος, vestigium levi pede impressum, ita ut vix appareat, & quodammodo album fit, 78, 5.
λήρων ἱερεὺς, 36, 4.
λογογράφοι, 112, 13.
λογοειδεία, vitium poëseos, 250, ϗ. ult.
λοιδὴ στεφάνων, 182, 3.
λόφος & ὄχθος pro eodem, 164, 12.
λελύσθαι pro λυθήσεσθαι, 56, 9.

M

M Ut proferatur, 98, 13, & 100, 1.
μαθηκὸν σχῆμα, 36, 4.
μαεμαίρειν συρὶ, 236, 1.
μαθαιοβυλία, 258, 16.
μελικὴ ποίησις 258, 4. μελικὴ χάρις, 226, 5.
τὸ μελιχρὸν ἐν ταῖς ἀκοαῖς, 10, 12.
μιλοποιοὶ, melici poetæ, 154, 18.
μίλος ἢ μίτρον τί, 228, 10. μίλος εὐρυθμίας, 88, 6.
μιλῳδιῶν contra tria, 154, 6, & 156, 6.
μισότης ἡ ἀρετὴ, 218, 7.
μίσταγενέτειροι, 12, 6.
μισαναστάσεις, migrationes, 194, 2.
μισαπωλικὰ φωνήεντα, 94, 3.
μισασκευάζειν τὰς λέξεις, 56, 17.
μισασκευὴς τρόποι τρεῖς, 52, 12.
μισυπότατοι ὀδόντες, 102, 20.
μιλοχαὶ, participia, 12, 13.
μίτρον τί, ἢ τί λέξις ἔμμιλος, 228, 9.
μηδὲν ἧττον, nihilominus, 250, 20.
μηκύνειν absolute ponitur, 216, ϗ. penult. sic Aristoph. in Lysist.

——πόσους
εἴποιμ' ἂν ἄλλως εἴ με μηκύνειν δέοι.

μὴ πολὺ ἂν κρεῖττον ἦ — subaudito verbo Σκιαπόδιον, aut simili, 174, 9.
